8
39 H
20

H

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

46
6.
22
13
C
27

Digitized by Google

NICOLAI SVSII

E SOCIETATE IESV

OPVSCVLA LITTERARIA:

LIMA CICERONIANA,
ſiue
DE STYLO LIBER SINGVLARIS,

DE PVLCRITVDINE B. MARIÆ VIRG:
DISCEPTATIO QVODLIBETICA.

POEMATA:
ELEGIÆ. MARIANÆ,
LVSVS ANACREONTEI;
DRAMA COMICVM.

VITTORIO EMANVELE

ANTVERPIÆ
Apud Heredes MARTINI NVTII;
ANNO M. DC. XX.

Digitized by Google

8. 39. H. 20

Digitized by Google

LECTORI.

QVemadmodum publicè vtiles cenſentur ij, qui fluctuantes naufragorū merces tempeſtati ſubducunt; &, cùm naues ipſas non poſſunt, ſaltem tabulas colligunt; ne vndarum furoribus ea relinquant, quæ humanis aliquando vſibus opportuna futura ſunt: ita nos neque rem inutilem ſuſcepturos, & aliquam à litteratis gratiam inituros exiſtimauimus; ſi, Nicolao Svsio, è vitæ huius velut maris iactatione, ad æternum tranquillitatis portum, vti ſperamus, eucto, ad ſcripta eiuſdem aliorum vtilitati colligenda, animum adiiceremus. Conquiſitis itaque omnibus, quæ vir ille non vulgari ſanè interiorum litterarum cognitione præſtantiſſimus, partim inchoata, partim etiam conſummata typis deſtinârat; ea potiſſimè in lucem emittimus, quæ & auctor, vt cariora, limauit exactiùs, & nos, vt maturiora, ad ſtomachum

tuum magis facere poſſe, arbitrati ſumus. Atque vtinam licuiſſet parenti hiſce quaſi liberis exquiſitam illam, quam mente iamdiu digeſſerat, dotem annumerare, & extremam manum impendere! eſſent hæc ſcripta politiora quidem fortaſſe paullò, haud paullò tamen plura, & vberiora. Sed immatura mors præclaris conatibus nimiùm citò interceſſit. Tu interim, Lector, hiſce quæ dare potuimus, fruere, atque auctori benè precare; nos operam dabimus, vt deſideratum adhuc à doctis in FLORVM COMMENTARIVM, non publici ſaporis opus, ab eodem auctore dudum prælo deſtinatum, bono tuo publicemus. Vale.

H. O.

Digitized by Google

SYLLABVS EORVM QVÆ HOC OPERE CONTINENTVR.

LIMÆ CICERONIANÆ CAPITA.

I. *STyli materia, & officium.*
II. *Quid ſtylus apud oratores.*
III. *Qualem priſci ſtyli diuerſitatem agnouerint, & vnde eiuſdem diuerſitatis origo.*
IV. *Vt ſtylus acui ſenſim, vtq; hebeſcere vſu cœperit.*
V. *In vnoquoque pro ætatis conditione ſtylum pubeſcere, ac deinde ſeneſcere.*
VI. *Quis ſtylus præſtantiſſimus.*
VII. *De verbis, quæ prima ſtyli pars: ac primùm de antiquis.*
VIII. *De verbis nouis, & recèns formatis.*
IX. *De verbis odioſis, & ſordidis.*
X. *De verbis peregrinis, & barbaris.*
XI. *De verbis ſententiiſq; Græcis.*
XII. *Breuia quædam monita, à verborum delectu non aliena,*
XIII. *Quid de iis, qui ſola Ciceronis verba admittunt, cenſendum.*
XIV. *De verbis tranſlatis.*
XV. *De ſententiis ab oratore vſurpandis.*
XVI. *De inciſis, membris, periodis.*

XVII. *De litterarum ſyllabarumq́; concurſu ſiue iunctura.*
XVIII. *De numeris.*
XIX. *Quòd ex dictis ſtylus fingendus.*
Quid in ſtylo præcipuum.
Quomodo naturæ cuiuſque ratio habenda.

DISCEPTATIO QVOD-LIBETICA DE PVLCRITVDINE B. V. MARIÆ.

ELEGIÆ MARIANÆ.

I. *AMores ſuos caſtos eſſe.*
II. *Qualem amet.*
III. *Depingit amatæ formam.*
IV. *Nobilitatem* MARIÆ *canit.*
V. *Ab omnibus* MARIAM *tutò amari poſſe.*
VI. *Se puerum à bellis ad* MARIÆ *caſtra vocatū.*
VII. *In Poëticis à* MARIA *ſe adiutum prædicat.*
VIII. *Votum Rhetoricæ.*
IX. *Votum Dialecticæ.*
X. *Votum Phyſicæ.*
XI. *Præſentatio B. V.*
XII. *Spectat cœnam Virginis.*
XIII. *Magnitudinem amoris in Deiparam teſtatur.*
XIV. *Virginē morituro filio occurrentem ſequitur.*
XV. *Mater virgo adſtat morienti filio.*
XVI. *Condit* MARIA *tumulum.*
XVII. *Tumulum* MARIÆ *corpore deſtitutū oſtēdit.*

Digitized by Google

XVIII. *Infanticidium.*
XIX. MARIAM *rogat vt ſibi adſit vltimâ mortis horâ.*
XX. *Abſentem quærit.*
XXI. *Virginem B. Ignatij Loiolæ conuerſionem acu depingentem inuiſit, ab eaq; ad ſectandum Ignatium inuitatur.*
XXII. *Ioannis Auſtriaci victoriam Actiacam ope Virginis partam canit.*
XXIII. D. MARIA *Virgini Aſpricolli.*
XXIV. *Infantiam pueruli* IESV *in tabula pictam contemplatur.*
XXV. *Paſtores vt Virginem mox à partu inuiſerint.*
XXXI. *Adſtantem cruci matrem deſcribit.*
XXVII. B. MARIA CHRISTO.

LVSVS ANACREONTEI.

I. *Ad Iambum.*
II. *Columba.*
III. *Amor.*
IV. *Amor.*
V. *Somnus.*
VI. *Amor.*

DRAMA COMICVM,

PENDVLARIA.

Digitized by Google

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS.

ANTONIVS SVCQVET Præpoſitus Prouincialis Soc. IESV in prouincia Flandro-belgica, poteſtate ad id mihi facta ab Admodum R. P. N. Generali MVTIO VITELLESCO, facultatem concedo, vt OPVSCVLA LITTERARIA P. NICOLAI SVSII, ab eruditis Societatis noſtræ hominibus examinata & approbata typis excudantur. In quorum fidem has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas dedimus, Antuerpiæ XI. Septembr. ann. 1619.

Antonius Sucquet.

APPROBATIO.

HÆc opuſcula partim litteraria, & partim Theologica Reu. quondam Patris Nicolai Suſii è Societate Ieſu, ſunt digna, quæ ſtudioſorum manibus terantur, vt doctioribus tum pietatis, tum etiam honoratæ litteratura feliciorem progreſſum tribuant. Quod teſtor 27. Iun. an. 1619.

Egbertus Spitholdius, Canonicus & Plebanus Antuerpienſis, librorum cenſor.

LIMA

LIMA CICERONIANA AD STYLVM ACCVRATE PERPOLIENDVM.

CAPVT I.

Styli materia, & officium.

ANimoſè quidem ſummus orator, non imperator, Latinæ linguę pomœrium proferre conatus eſt, vt eloquentia Romana vernaculis inſtructa verbis aliunde ſubſidium euocare non cogeretur; nullâ tamen commentatione ſuâ, animique contentione euitare potuit, quin multa paſſim è Græcia, ciuitate donaret, quæ deinde inter Romana cenſerentur. Nec aër ſolùm & æther, ſed ſtylus quoque lege Tulliâ ius Quiritium aſſecutus eſt. Cui voci cùm varia & multiplex ſignificatio obuenerit, tum ea ad nos præſertim ſpectat, quam Prudentius ſuis limitibus circumſcripſit:

Inde alij ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,
Quâ parte aratis cera ſulcis ſcribitur;
Et quâ ſecti apices abolentur, & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area. *De Caſſiano Martyre.*

Religioſiſſimi auctoris candidos reuocaui verſus, vt ex ijs & materiam, quâ ſtylus cudi-

tur, & ipſius diſcamus officia. E ferro fuiſſe perſuaſum habeo innoxijs præſertim temporibus. Iſidorus auctor. *Ceræ paruulorum nutrices: ipſæ dāt ingenium pueris, primordia ſenſus: quarum ſtudium primi Græci tradidiſſe produntur. Græci enim & Tuſci primùm ferro in ceris ſcripſerunt.* Neque tamen adeò aſperum ferrum fuiſſe arbitror, vt riualem non pateretur. Vel ex oſſe, vel ex elephantis dente graphium deformarunt artifices. Atta in ſatyra apud Iſidorum notus: *Iſidor.*

Vertamus vomerem in ceram, mucroneq́ꝫ aremus oſſeo. *Iſidor.*

Quin imò ferrum tandem migrare coëgerunt leges. Hinc illud de vulgo ſcribarum: *Ceram ferro ne cædito.* Cui & Plinius ſubſcribit. Pro mente enim ipſius lego l.34. cap.14. *Stylo ferreo ſcribere vetitum eſt: vt vetuſtiſſimi auctores prodiderunt.* Nec ſepoſita admodum vel arcana decreti ratio. Non animoſi tantùm pupuli ſoleæ & anguillis obnoxij, quibus ceras debebant, ſodalium ſuorum cutem conſcribillabant; ſed grandiores quoque & militares viri, cùm alijs armis in vrbe Roma accingi prohiberentur, religioſa Mercurij & Apollinis arma, ad Martia traduxerunt facinora. Sic Antyllus γραφείοις μεγάλοις interimitur: & Cæſar tot bellorum victor, hoc telo, cùm à coniuratis incingeretur, vitam ſuam propugnare conatus eſt. *Caſſius*, vt Suetonius adſerit, *Plin. l. 34. c. 14.* *Plut. in Gracchis.* *In Iulio cap. 82.*

rit, *aduerſum vulnerat paullùm infra iugulum, Cæſar Caßij brachium arreptum graphio traiecit.* Hic ipſe vſus eſt, ni fallor, quò ludens reſpexit Tullius Philippicâ ſecundâ: *Sed vnam rem, vereor, ne non probes: ſi enim fuiſſem, non ſolùm regem, ſed regnum etiam de repub. ſuſtuliſſem: & ſi meus ſtylus ille fuiſſet, vt dicitur, mihi crede, non ſolùm vnum actum, ſed totam fabulam confeciſſem.* *Cicero Phil. 2.* Quæ quidem licet ita ſe habeant, nunquam tamen adducar vt credam, tam altè ferrum defoſſum fuiſſe, vt non mox rèfoderetur, & omni propè tempore in vſu haberetur. quod ex hiſtoriarum lectione manifeſtum. Demus verò noxium fuiſſe ferrum: an ex oſſe vel ebore innoxius, ad vulnerandum, ad trucidãdum imparatus ſtylus? Elephãtinis ſtylis miniſtros crudelitatis Neronianæ vſos fuiſſe quidam narrant tanquam pugionibus. Stylis, inquam, non libris. Nam vt elephantinos vel elephantidos libros agnoſcam, (quos ego quidem non pro vulgi tamen opinione, interpretabor aliàs opportuniùs) quid pugioni cum libro? quod formæ conſortium? Materiam expoſuimus, ad officium redeamus, quod duplex fuit. Vnâ enim parte ſtyli, quâ acies micat,

Aratis cera ſulcis ſcribitur.

Quod licet vix pueris ignotum ſit, non moroſi tamen hominis eſſe iudicaui, ſtrenui rhetoris deſcribere verba paucula: vt illius in

pueri-

puerilibus præceptionibus non puerilem induſtriam faſtidioſi magiſtelli cognoſcant.

Quint. l.1. c.1. *Cùm verò iam ductus ſequi cœperit* (puellus) *non inutile erit eas tabellæ quàm optimè inſculpi, vt per illos velut ſulcos ducatur ſtylus. Nam neque errabit, quemadmodum in ceris (continebitur enim vtrumque marginibus) neque extra præſcriptum poterit egredi: & celeriùs ac ſæpiùs ſequendo certa veſtigia firmabit articulos: neque indigebit adiutorio manum ſuam manu ſuperimpoſitâ regentis.* Quis hac ætate tantum operæ collocet, vel de rure aſſumptus & piſtrino minax Orbilius, præceptis in gratiam infantium conſcribendis, aut iiſdem inſtituendis; quantum non modò

Suetonius in Aug. cap. 64. Quintilianus vir grauiſſimus, ſed olim etiam Auguſtus Vrbis dominus collocarunt, vt imbelles manus in venuſtos characterum ductus dirigerent? Verùm ad alterum iam ſtyli officium veniamus. Nam & altera ſtyli pars obtuſa:

> *Quâ ſecti apices abolentur, & æquoris hirti*
> *Rurſus niteſcens innouatur area.*

Horat. Satyra vlt. l. 1. Horatius lucis aliquid adſpergit:

> *Sæpè ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſunt*
> *Scripturus.*

Quint. c.4. l.1. Plus etiam Quintilianus: *Sequitur emendatio, pars ſtudiorum longè vtiliſſima. Neque enim ſine cauſſa creditum eſt ſtylum plus agere, dum delet.*

Cicerò Act. 2. Facetè & vrbanè ex eodem fonte iocum deriuauit in Verrē Orator: *Vertit ſtylum in tabulæ ſuæ;*

ſua;quo facto omnem actionem euertit. Præclarè Politianus triuiales Horatij commentatores explodens rem deſcribit ipſam. *Stylum*, inquit, *vertere, eſt inducendi expungendiq́; cauſſâ, partem exacuminatam ſurrigere, quá ſcribimus; alterá, quâ retuſior eſt aut latior, proclinatâ, & ſcriptis delendis impactâ.* Idem enim munus cenſorium verſus ſtylus in cera obtinet, quod in membranis ſpongia. Hic vſus eſt, hæc vtilitas; eademque cauſſa cur pro ſcribendi genere vſurpetur. De quo cùm mihi ſcribendum ſit, quę enucleatiùs de antiquorum pingendi ratione dici poſſint conſultò præteriens, in eam quã nactus ſum prouinciã, me confero. *Polit.*

CAPVT II.

Quid ſtylus apud oratores.

QVod præclarè Tullius de philoſophis quibuſdam, hoc ego de philologis noſtris diſertè commemorare poſſim: *Vrbem philoſophia, mihi credite, proditis, cùm caſtella defenditis.* Dum enim alij in eloquentia ſiue ſtylo, quæ ſpectatiſſima eloquentiæ pars eſt, nihil præter verba expendunt; alij ſolos numeros ad examen vocant: & hi membra carpunt, illi periodos circumducunt; ipſam ſuadam medullitus complecti ſibi videntur, & nihil interim præter *Cicero.*

Nubes & inania captant.

Qua-

Quænam hodie in ſcholis frequentior cantilena, quàm eorum, qui oratorum præcepta in faſciis, tanquam pueriles delicias deſcripta circumferentes adoleſcentum ſeſe auribus inculcant, atque illud ingerunt aſſiduè: Hoc verbum Ciceronis non eſt; iſtud eſt: quique inſcientiæ ſuæ larario vni Nizolio aram dedicant, & ſtatuam γέλωτος ἀγαλμάτιον: huic ſacra faciunt; nulli alteri. Atqui hæc quidem à me dicta, non vt Ciceronem è manibus excutiam, quem pertinaci ſtudio vlnis & ſinu toto fouendum arbitror; ſed vt intelligatis me iſtos homulos, qui verba & voculas Ciceronis ſectantur tantùm & aucupantur, non magis laudare, quàm Cicero, ſi coràm eſſet, laudaret ipſe. Nec immeritò nuper in Satyra Menippæa ſale atque aceto lautè inuitatus fuit, qui alium auctorem quinque ſolidos annos gloriatur ſe vidiſſe nullũ: quique velut in piſtrinum oratorem detrudere conatus eſt: vbi voces & ſyllabas & litterulas aſſiduo labore molere & cribrare non deſinat. Cupio exercitam in verbis deligẽdis puerorum induſtriam: atque in Ciceronis hortulis, vbi efflореſcunt amœna maximè & innoxia, ſtudioſè decerpi percupio. Agnoſco, vt cum Oratore loquar, quaſi ſolum quoddam & fundum eſſe verborum vſum, & copiam bonorum: ſed in quo ædificet orator, & in quo adiungat artem. Nego itaque ſtylum in ſolis verbis

Longolius is eſt in orat. Freigij.

Cic. l. 3. de orat.

verbis cernendum eſſe. Atque hoc etiam cenſeo, non id ſufficere, vt legitimus habeatur, ſi ſyllabarum omnium numeros ad calculos Ciceronis exigat. Suffragantur mihi Quintiliani verba: *Otioſi atque ſupini, ſi quid modò longiùs circumduxerunt, iurant ita Ciceronem locuturum fuiſſe. Noueram quoſdã, qui ſe pulcrè expreßiſſe genus illud cæleſtis huius in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, Eſſe videatur.* Quorum hodie inficetiſſimorum hominum tam improbè ſecta propagatur, vt ſępiùs hanc clauſulam decantent adoleſcentes, quàm pſittacus ſuum χαῖρε. Cùm tamen illa ipſa ſit, ob quam ille ipſe in dicendo deus grauiſſimorum virorum acerrimam olim cẽſuram euadere non potuerit. Dialogiſtam lege iudicio eximium, & dictione non ineptâ cauſſas corruptæ eloquentiæ indagantem. Apud hunc Afer: *Nolo irridere Rotã fortunæ, & Ius Verrinũ, & illud tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententia poſitum Eſſe videatur. Nam & hoc inuitus retuli, & plura omiſi: quæ tamen ſola mirantur atque exprimunt hi, qui ſe antiquos oratores vocabant.* Nolo recenſere cætera, quæ florentiſſimus Rhetor in πιθηκισμοῖς ridicularum ſimiarum declamitat. Fruſtra non ſum, ſi illud conſtitutum ſit, nec verba ſolùm, nec numeros, nec vtraque ſocialiter ſtylum aptè integrèque conformare: quæ in auctoribus mirantur vnicè, quibus ſufficit, *Imaginem virtutis*

Quint. lib. 10. cap. 2.

Tacito adſcribitur opus, ego vindicias Quintiliano.

Quint. lib. 10. cap. 2.

tutis effingere, & ſolam, vt ſic dixerim, cutem, vel potiùs illas Epicuri figuras; quas è ſummis corporibus dicit effluere. Venio iam ad orationis colores, & lumina, & opulentiſſimo ab ingenio deprompta cimelia, quibus nobiliſſimi viri ſcripta ſua iucundiſſimè exornarunt. Quæ cùm requiram maximè, tum eorum acerrimè imprudentiam caſtigare velim & inſolentiam, qui in ſcholas quaſdam, & communes locos ea digerentes, ſanam orationis frugalitatem ita faciunt, vt non luxuries tantùm Aſiatica, ſed adipalis cuiuſdam abdominis portentum ſobrio iudicio riſum & indignationem moueat. Ita plerumque fit, vt, quod ſpectatiſſimum in rebus omnibus eſſe deberet, prauo quorumdam vſu deſpicatiſſimum eſſe incipiat. Sed iam manum mihi iniicit, & ad ſe reuocat ſtyli deſcriptio. Donatus ad Terentii prologum, atque eum præſertim verſum, *Donat.*

Diuerſæ oratione ſunt factæ, & ſtylo;

Oratio, inquit, *in ſenſu, ſtylus in verbis: oratio ad res, ſtylus ad verba.* Quàm bellè pro noſtris illis litteratoribus & grammatiſtis, qui Rhetorum tamen nomine ſe venditant! Ego verò rem omnium grauiſſimam, & in qua omnis eloquentiæ cardo verſatur, tam expeditè profligare me non poſſe fateor. Quare picturam quandam & imaginem proponendam mihi priùs arbitror, vt in rei ipſius cognitionem faciliùs deueniamus. Quemadmodum impe-

rator

rator exercitum, ſic orator dictionem inſtruere debet. Verba deligenda ſunt: eadem, velut in manipulos, cohortes, legiones, ſic in commata, membra, periodos diſtribuenda: hæreant in caſtris, proficiſcantur in agmine, ſtent in acie. Denique vario troporum & figurarum apparatu inſtructa refulgeat oratio: vel venuſtè ad palæſtram adornata, vel ſeriis armis, non ſine nitore tamen & cultu induta, vt cùm docet, delectare & mouere non negligat. Hæc in ſtylo ſpectanda ſunt vniuerſa. Quem vt preſſiùs definiam in animum inducere non poſſum. Raro definitio ab arte clara eſt & dilucida. Stylum agnoſco elocutionis indolem quandam, quæ paſſim vigorem & vitam exerit, ſed difficulter cerni poteſt, dum vbique eſt, & nullibi: vt anima in corpore. Neque quiſquam hoc meum pronuntiatum à ratione multùm aberrare calumnietur. Non alienus à me Cicero: *Ornatur igitur oratio primùm, quaſi colore quodam & ſucco ſuo. In quo ſpectandum maximè, quod caput artis eſt, decere; & tamen arte exprimi non poteſt.* Hoc ſi animaduertiſſent nuperi quidam ſcriptores, non tantum chartę inquinaſſent, vt ſolis verbis Ciceronianum fingerent, aut ſolis numeris, aut neſcio quibus aliјs, ad rem quidem ſpectantibus, ſed non quibus virtus ipſa ſpectetur maximè. Nec plura. Id profectò *eſt maximè notandum, & de hoc minimè eſt facile præcipere*

Cicero.

B

cipere: in quo cuiuſque ſtyli vis potiſſimùm conſiſtit, aut quis eam potiſſimùm vim aſſecutus eſſe dicatur.

CAPVT III.

Qualem priſci diuerſitatem ſtyli agnouerint, & vnde eiuſdem diuerſitatis origo.

NVllum adeò adinſtar veri humanam formam vel cælo ſculptorem, vel penicillo exprimere potuiſſe pictorem arbitror, quàm oratio animi quaſi vultum, & aliam aliorum frontem depingit, atque auditoribus ſpectandam exhibet integerrimè. Vetus Solonis dictum: Τὸν λόγον εἴδωλον εἶναι τῶν ἔργων. Quare non immeritò Socrates, cùm de adoleſcente ſibi ignoto iudicium ferre rogaretur, dixiſſe fertur, *Loquere, adoleſcens, vt te videam.* Neque familiaribus tectorum anguſtijs illud philoſophiæ ſcitum includi debet: ibi enim elucere ſolet maximè, vbi oratio præcipuè dominatur. Quare non accuſatoriè aut animo propter contentiones infeſto, de Antonio ſcripſiſſe videtur Orator: *Itaque omnibus eſt viſus, vt ad te antea ſcripſi, ſuo more vomere, non dicere.* Ita, inquam, fieri ſolet; ita mecum Plato ſentit: Οἷος ὁ λόγος, τοιοῦτος ὁ τρόπος. Hæc cauſſa eſt præcipua in ſtylo diuerſitatis. Atqui adeò eandem ob cauſſam non ſine Apolline

Cicero epiſt. Famil. lib. 12. epiſt. 2.
Plato.

polline Quintilianus pronunciauit: *In oratione ſi ſpecies intueri velis, totidem penè reperies ingeniorum, quot corporum formas.* Verùm vt vnus alteri non omnino ſimillimus reperiatur, nec omnes ductus ac fila paria oſtentet; ſunt tamen ſingularum nationum ac gentium vernaculæ quædam ac domeſticæ corporis notæ, & Gallus Gallo ſimilior, quàm Hiſpanus; & cum ſui regni incolis magis Hiſpanus faciei colore conſentit, quàm cum Italo; & eſt in Italis, quod in Belga non reperias. Itaque ſapientiſſimis olim viris non in ſingulas nationes, ſingula eloquentiæ genera partiri, & quaſi diſpergere viſum fuit: hoc vnum ſatis arbitrabantur, ſi Attici ab Aſiaticis, ab vtriſque Rhodij diſtinguerentur. Quos vbi cognoueritis, nullo negotio & diuerſitatem ſtyli, & eiuſdem originem perſpicietis. Oratorum princeps hîc ordines ducat. *Caria,* inquit, *& Phrygia, & Myſia, quòd minimè politæ minimeq; elegantes ſunt, adſciuerunt aptum ſuis auribus opimum quoddam, & quaſi adipale dicendi genus: quod eorum vicini, non ita lato interiecto mari, Rhodij nunquam probauerunt, Græci autem multò minùs, Athenienſes verò funditus repudiauerunt: quorum ſemper fuit prudens ſincerumq; iudicium, nihil vt poſſent niſi incorruptum audire & elegans.* Huic accedat Quintilianus, qui ad penitiorem notitiam non inſuauem faculam prælucet; & Ciceronis ſuæque opina-

Quint. lib. 12. cap. 10.

Cicero in Orat.

lib. 12. cap. 10.

nationi aliorum etiam ſenſa accedere non indignatur. *Et antiqua quidem illa diuiſio inter Aſianos & Atticos fuit, cùm hi preſſi & integri, contrà inflati illi & inanes haberentur: & in his nihil ſuperflueret, illis iudicium maximè & modus deeſſet. Quod quidem, quorum & Sanctra eſt, hoc putant accidiſſe, quòd paulatim ſermone Græco in proximas Aſiæ ciuitates influente, nondum ſatis periti loquendi, facundiam concupierint: ideoq; ea, quæ propriè ſignari poterant, circuitu cœperint enuntiare, ac deinde in eo perſeuerauerint. Mihi autē orationis differentiam feciſſe & dicentium & audientium natura videntur. quòd Attici limati quidem & emuncti, nihil inane aut redundans ferebant. Aſiana gens tumidior alioqui & iactantior vaniore etiam dicendi gloriâ inflata eſt. Tertium mox, qui hæc diuidebant adiecerunt genus Rhodiū: quod velut medium eſſe, atque ex vtroque mixtum volunt. Neque enim Atticè preſſi, neque Aſianè ſunt abundantes, vt aliquid habere videantur gentis, aliquid auctoris. Aeſchines enim, qui hunc exilio delegerat locum, intulit eò ſtudia Athenarum, quæ velut ſata quædā cælo terraq; degenerant, ſaporem illum Atticum peregrino miſcuerunt.* Hæc veterum non incondita partitio: hæc eadem non inurbana ratio tam variorum in dicēdo modorum, & vnius eloquentiæ tam multarum, tanto inter ſe interuallo diſſidentium formarum. Ab his fontibus per tres velut alueos profluens vis illa flexanima, alios tinxit parciùs, largiùs

rgiùs alios irrigauit. Atque iſta quidem ſuf-
cere poſſe reor, vt quod initio huius capitis
omen conſignaui, explicaſſe videar: ſed plus
ıe debere bono publico profiteor, quàm vt
ım exiguo ære rem tantam exſoluam. Ita-
ue copioſiùs aliquantùm de ſingulis gene-
bus commentari iuuat. Ac quoniam incul-
atiſſima illa & innocentiſſima Pitho Athe-
is proprium ſibi domicilium collocaſſe vi-
etur, ab Atticis initiũ ſumamus. Huic genti
ıcroſanctè imprimis illud obſeruatum fuit;
e quid ſqualidum, ne quid rancidum pro-
erretur: ne quo morbo, vel vlcere, vel tenui
altē verrucâ laboraret oratio; ſed omnia in-
egra eſſent, & ſana verbis, ſententijs, dictio-
ıe totâ. Proſcribebatur omnis ſtribligo; non
a ſolummodò, de qua Agellius, dum ait, *So-* Agell.
œciſmus ab Aſinio Capitonc, eiuſdemq́ ætatis aliis
mparilitas appellatur; vetuſtis Latinis Stribligo
licebatur: à verſurâ videlicet, & prauitate tor-
uoſâ orationis: quaſi ſtrobiligo quædã. (Sic
enim vt legamus vox Greça flagitat στρόβιλος,
vel στροβιλίς.) Non ea ſolummodò proſcri-
bebatur; ſed alia quædam, quæ, quoquo mo-
do id facit, facit profectò, vt de fæce hau-
riat orator, & quamuis non incultus, certè
illotus eſſe videatur: & pretioſâ quidem
veſte exſultet, ſed non pro modeſtiæ &
temperantiæ legibus accuratè compoſitâ.
Quod vitium quàm arduum ſit à ſeſe amoli-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ri Lucianus acutiſſimus ſcriptorum Ariſtarchus in Pſeudologiſta ſuo, venuſtiſſimo quaſi in emblemate omnium proponit oculis; &, quod non facilè quiſquam crediderit, ſuo id exemplo Demoſthenes olim comprobauit. Cicero auctor eſt: *Attamen in hoc ipſo diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Aeſchines quædam, & exagitat, illudenſq; dura, odioſa, intolerabilia eſſe dicit. Quin etiam quærit ab ipſo, cùm quidem eum belluam appellet, vtrùm illa verba an portenta ſint: vt Aeſchini non Demoſthenes quidem videatur Atticè dicere. Facile eſt enim verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, idq; reſtinctis iam animorum incendiis, irridere. Itaque ſe purgans iocatur Demoſthenes: negatq; in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ.* Iam reor intelligere eſt, quàm teretes fuerint Atticorum aures. Nec ea tantùm in verbis ſanctimonia Athenis colebatur; ſed etiam ſi quid ſubinſulſum in voce aut geſtu accideret, violatam eſſe orationis dignitatem iudicabant. At verò Aſiatici tam in his liberi & ſoluti & diſcincti eſſe voluerunt, quàm in verbis aut ſententijs. Cicero: *Eſt etiam in dicendo quidam cantus obſcurior; non hic è Phrygia aut Caria Rhetorum epilogus, penè canticum: ſed ille quem ſignificat Demoſthenes & Aeſchines, cùm alter alteri obiicit vocis flexiones. Præcipuum igitur, quod Atticis nemo vnquam denegauit, illud fuit: vitioſi nihil apud eos eſſe.* Quæ quidem continentia tan-

In Oratore.

Cicero.

Cicero de Optimo genere.

tam

um gloriam illis peperit, vt Atticè dicere, nihil aliud Ciceroni cenſeatur, quàm bene dicere. *Nam,* inquit, *ſi quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec otioſè, nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè niſi Atticum probat neminem. Inſulſitatem enim & inſolentiam, tanquam inſaniam quandam orationis odit; ſanitatem autem & integritatem, quaſi religionem & verecundiam oratoris probat.* In Bruto. Hæc omnium debet oratorum eadem eſſe ſententia. Illam tamen tam diuinam & cæleſtem dicendi vim non pauci non religioſè, ſed ſuperſtitioſè ieiuni, ad infamem & ſtrigoſam maciem ac tabem coëgerunt: atque, vt vitia in virtutum poſſeſſionem mitterent, nihil in Attica niſi ſterile, infrugiferum, durum & inhumanum quaſi ſolum reliquerunt: ipſumque Ciceronem Athenis ſuis migrare iuſſerunt, ac in Aſiã relegauere. Quod cùm Quintilianus diſertè commemoret in Inſtitutionibus oratoriis, tum ille ipſe, ſeu quis alius in Dialogo rem explicat prudentiſſimè. Satis conſtat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuiſſe, quibus inflatus & tumens, nec ſatis preſſus, ſupra modum exſultans & ſupereffluens, & parum antiquus videretur. Legiſti vtique & Calui & Bruti ad Ciceronem miſſas epiſtolas, ex quibus facile eſt deprehendere, Caluum quidem Ciceroni viſum exanguem ac tritum, Brutum autem otioſum atque diſcinctum: rurſumque

Ciceronem à Caluo quidem malè audiuiſſe, tanquam ſolutum & eneruem; à Bruto autem, vt ipſius verbis vtar, tanquam *fractum atque elumbem.* Verùm nulla hîc ſubſellia: nec dies Ciceroni dictus: quæſtorem me vel iudicem, actorem aut patronum dici nolo. Liberè de illo ſententiam pronuntiat Dialogiſta, benignè alibi Quintilianus patrocinatur. nos ex illo potiùs diſcamus Demetrium Phalereum floridiorem, Demoſthenem exultantem interdum fuiſſe, nec ideò aquâ & igni eis interdicendum: *cùm ex illius orationibus redolere ipſæ Athenæ videantur*; Demoſthene autem *nec Athenæ quidem ipſæ magis Atticæ fuerint.* Sequitur itaque Atticum vocari poſſe, *cui remouetur omnis inſignis ornatus, quaſi margaritarum: nec calamiſtri quidem adhibentur: fucati verò medicamenta coloris & ruboris omnia repelluntur; dummodo elegantia & munditia remaneat.* Neque tamen eum ſolum *qui tenui venâ per calculos fluit, Atticum ſaporem habere, aut thymum redolere* arbitrandum eſt. *Si enim*, vt cum Cicerone ad Atticum loquar, *recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelliges poſſe & Ἀττικώτατα grauiſſimè dici.* Atqui hoc etiam addo: *Id verò deſinant dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Atticè dicere, id eſt, quaſi ſiccè, & integrè: at ſi amplè, & ornatè, & copioſè, cum eadem integritate Atticorum eſt; cui dubium eſt vtrùm orationem noſtram tolerabilem tantùm an etiam admirabilem* eſſe

In Bruto. *In Orat.* *In Orat.* *Cic ad Attic.* *Cic. de Opt. genere orat.*

ſſe cupiamus? Ex hiſce ipſâ velut in meridie uiuis facile eſt intueri quid Atticus ſtylus uerit, eumque non ſimplicem & vniformem ſſe ſolere, ſed varias eius diſſimilitudines & radus exſtitiſſe. Quod quidem Orator noter multis paſſim locis, in laudatiſſimis Rheoricorum commentariis pari prudentiâ ac loquentiâ luculentiſſimè confirmat. Verùm e ſemper ex eodem penu conuiuium hoc itterarium adornemus, Quintilianus in parem veniat. Veniret libens: nam & lautè nos nuitare poſſet, & opiparè; malo tamen Ciceronis panem ſecundarium, quàm cuiuſuis lîus dulciarium. *Alterum multi viderunt, vitioſi ihil apud eos* (Atticos;) *alterum pauci, laudabilia ſſe multa. Eſt enim vitioſum in ſententia, ſi quid bſurdum, aut alienum, aut non acutum, aut ſubinulſum eſt: in verbis, ſi inquinatum, ſi abiectum, ſi on aptum, ſi durum, ſi longè petitum. Hæc vitauerunt ferè omnes, qui aut Attici numerantur, aut dicunt Atticè. Sed quatenus valuerunt, ſani & ſicci dumtaxat habeantur: ſed ita vt palæſtricè ſpatiari in xyſto liceat, non ab Olympiis coronam petant. Qui cùm careant omni vitio, non ſunt contenti quaſi bonâ valetudine, ſed vires, lacertos, ſanguinem quærunt, quandam etiam ſuauitatem coloris. Eos imitemur, ſi poſſumus; ſin minùs, illos potiùs, qui incorruptâ ſanitate ſunt* (*quod eſt proprium Atticorum*) *quàm eos, quorum vitioſa abundantia eſt: quales Aſia*

De Opt. genere orat.

multos tulit. Atqui hæc ex animi mei ſententia dicta ſunt. Neque porrò ampliùs in Attica mihi commorandum eſt, in Aſiam proficiſci licet. Nihil tamen ibi magnopere negotiorum eſt, quod vrget. Iam enim pro rē & ratione, Aſiatici ſtyli terminos & iura deſcripſimus: qualis verborum licentia, qualis numerorum intemperantia, breuiter expoſuimus. Si vnum tamen alterúmve verbum adiunxero, quò nubeculas nonnullas diſpellam, vt plenis ſeſe radiis effundere poſſit, operæ me pretium aliquod facturum arbitror. De pronuntiationis immodeſtiâ paulò antè pauca libauimus: nunc etiam, vt frontem illam & os inuerecundum in geſtuum præſertim non innoxiâ libertate manifeſtiùs intueamur, pauca Ciceronis verba producere non abs re alienum fuerit. De oratore loquitur: *Cùm verò inclinatâ vlulantiq; voce, more Aſiatico canere cœpiſſet, quis Atticorum eum ferret? aut quis potiùs non iuberet auferri?* Hoc ad vocem cùm ſpectet, eâ de cauſâ protuli, vt propiùs ad geſtum accedamus. Ab Aſia, ni fallor, ille eſt qui in Bruto deſcribitur, & non ſine lepore ac venuſtate reprehenditur. De Curione ſermo inſtituitur. *Motus erat is, quem & C. Iulius in perpetuum notauit, cùm ex eo in vtramque partem toto corpore vacillante quæſiuit, quis loqueretur è lintre. Et Cn. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus, neque aliquid in eo oratoris ſimile*

Cic. de Orat.

ile quidquam. Is cùm tribunus plebis Curionem, Octauium conſules produxiſſet, Curioq; multa xiſſet ſedente Cn. Octauio collegâ, qui deuinctus at faſciis, & multis medicamentis propter dolo-m artuum delibutus, Nunquam, inquit, Octaui, llegæ tuo gratiam referes: qui niſi ſe ſuo more ia-tuiſſet, hodie te iſtic muſcæ comediſſent. Atqui ɔc quidem genus Aſiaticorum quidem eſt; d agreſtium: alterum nimis argutum, & oleſtè elaboratum, & molliter fractum. uale Hortenſij fuit, quem Aſiaticum fuiſ- Ciceronis in Claris oratóribus non ambi-a eſt opinatio. Agellius poſteritati conſu-it lib. 1. cap. 5. *Ad eundem modum Hortenſius nibus fermè oratoribus ætatis ſuæ, niſi M. Tullio rior. Quòd multâ munditiâ, & circumſpectè cō-iteq; indutus & amictus eſſet, manuſq; eius inter ndum forent argutæ admodum, & geſtuoſæ, ma-ictis appellationibuſq; probroſis iactatus eſt: mul-q; in eum quaſi hiſtrionem, in ipſis cauſsis atque liciis dicta ſunt. Sed cùm L. Torquatus ſubagre-homo ingenio & feſtiuo, grauiùs acerbiuſq; apud ncilium iudicum, cùm de cauſſâ Syllæ quæreretur, n iam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticula-iam Dionyſiamq; eum notiſsimæ ſaltatriculæ nine appellaret; tum voce molli atque demiſſâ rtenſius, Dionyſia, inquit, Dionyſia malo equidē , quàm quod tu, Torquate, ἄμουσος, ἀφροδίσια-τος, ἀπροσδιόνυσος.* Quis hîc non videt ipſiſſi-um Aſiaticorum molliciem, & effemina-

tam

tam agendi, vel geſticulandi potiùs rationem? Talis ſi in Hortenſio fuit, nihil mirum, nihil præter ipſius indolem fuit, nihil quod à tali vitâ exſpectari non debuit: cùm primus ille non lingulâ tantùm, ſed oculis etiam comeſſari Romæ docuerit, & pauonem indignante vrbe totâ menſis adhibuerit. Hortenſium iudicum ſeueritati expoſitum nullo meo calculo præcipitem dare cupio: quod ſupereſt vnum, vti Atticorum genera partiti ſumus, ſic Aſiaticorum iam quoque ſectas dirimamus. Tullius in Bruto: *Genera autem Aſiaticæ dictionis duo ſunt: vnum ſententioſum & argutum, ſententiis, non tam grauibus & ſeueris, quàm concinnis & venuſtis: qualis in hiſtoria Timæus, in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandæus, magis etiam Menecles, frater eius fuit. Quorum vtriuſque orationes ſunt inprimis, vt Aſiatico in genere, laudabiles. Aliud autem genus eſt, non tam ſententiis frequentatum, quàm verbis volucre atque incitatum: quale & nunc Aſiâ totâ: nec flumine ſolùm orationis, ſed etiam exornato & faceto genere verborum: in quo fuit Aeſchylus Gnidius, & meus æqualis Mileſius Aeſchines. In iis erat admirabilis orationis curſus, ornata ſententiarum concinnitas non erat.* Hæc Orator. Vtriuſque formæ hodie ingens copia reperitur; quorum alij ſententijs nimis graues, alij dictione nimis agili ſupramodum volubiles. De Rhodio ſtylo nihil video quid magnopere di-

Plin. l. 10. c. 20

Cic. in Bruto.

ndum ſuperſit. Satis conſtat medium fuiſ-
, nec Atticè acutum, nec Aſiaticè obtuſum.
uin fortè etiam vlteriùs progreſſi ſumus,
iàm quibuſdam ſobrijs atque adſtrictioris
dicij hominibus expedire videatur. Vo-
iſſem equidem ſuccinctiùs per hanc are-
ım decurrere, & chartæ mitiùs indulgere &
lamo: ſed indignatio, propè dixerim, la-
ùs me excurrere coëgit. Quis credat viros
iam doctiſſimos (ſic enim haberi volunt)
uique, vt Ennius Homerum, Pythagoricâ
uâdam metempſychoſi Ciceronem in ſeſe
ommigraſſe gloriantur, tam exiguâ in re al-
ıcinari? Repertus eſt nuper quidam, qui At-
cum, Aſiaticum, Laconicum ſtylum inter-
retatus eſt genus dicendi attenuatum ſeu
umile, grande, medium. Qui quidem dum
aconicum ſtylum pro Rhodio ponit, non
dmodum flagitioſè peccaſſe mihi videtur,
ed præcipitantis calami culpam ſubiiſſe.
Cùm enim Ciceronis ſit ſtudioſiſſimus, no-
iit, eundem hominem & Lacedæmoniorum
egibus parere, & oratorijs ſe ſtudiis dedere
ion poſſe. Legit aliquando Brutum: quo in
pere Cicero; *Lacedæmonium verò* (oratorem) *Cicero.*
*ſque ad hoc tempus audiui fuiſſe neminē. Menelaū
pſum dulcem illum quidem tradidit Homerus, ſed
auca dicentem. Breuitas autem laus eſt interdum in
liquâ parte dicendi, in vniuerſâ eloquētiâ laudem
ion habet.* Illud itaque mendū facilè diſſimu-
labimus,

labimus, aut emendabimus. At verò perineptum eſt & perabſurdum, Atticum ſtylum ab Aſiatico non aliter diſcernere potuiſſe, quàm humilem à grandi. Quid hoc aliud eſt, quàm Atticum oratorem τὸν ἐν τῷ λόγῳ βασιλέα, vt inquit ille, omni ſuâ maieſtate exuere, eamque in obſcurum & ſordidum aliquem Aſiaticum transferre. Melhùs meliùs iudicabit, quicunque Ciceronem legerit attentè. Atque hæc de Attico, Aſiatico Rhodioque dicendi genere, quantum ſatis eſſe reor, quibus modò non ſit ὄνου κεφαλὴ ἢ καὶ συὸς καρδία Eſt tamen qui incuſare me poſſit, quòd ſtylum Gallicum omiſerim. Ciceronem olim Gallicum quid olere nonnullorum opinio fuit, aut calumnia. Iuuenalis:

Iuuen. Sat. 7.

Sed Rufum atque alios cædit ſua quæque iuuentus:
Rufum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.

Quin imò & in Gallis eſt quod Cicero notet ab alijs diuerſum. Et Brutus, *Quis eſt*, inquit, *iſte tandem vrbanitatis color? Neſcio, inquam: tantùm eſſe quendam ſcio. Id tu, Brute, iam intelliges, cùm in Galliam veneris. Audies tu quidem etiam verba quædam non trita Romæ, ſed hæc mutari dediſcique poſſunt. Illud eſt maius, quòd in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam, & reſonat vrbanius.* Quamuis Cicero non vehementer contra me pugnet, facilè tamen concedam aliorum ſententiæ, qui Gallis ſuum quendam

In Bruto.

Idem inter Atticos & Aſiaticos diſcrimẽ notat: & inter Romanos ac Latinos: de orat. lib. 2.

ım dicendi modum fuiſſe contendunt. Il-
d tamen non concedam, ideò partitionem
:am veterum mutilam eſſe, nec ſuis omni-
ıs abſolutam membris: cùm ad aliquod
: tribus illis generibus Galli non difficulter
ducantur. Quod ſi non admittamus, & A-
is, & ſingulis propè nationibus ac populis
iud aliudque dicendi genus aſſerendum.
tqui adeò contra omnis doctrinæ ac diſci-
inæ leges ac iura in immenſum diſtrahetur
oquentia: nec iam diſtinctio, quæ ſcientia-
m vtiliſſima eſt adminiſtra, ſed confuſio o
:tur in omnium artium perniciem coniu-
tus hoſtis. Quòd verò Macrobius quadru-
ex dicendi genus conſtituat, copioſum,
eue, ſiccum, pingue; pingue ſatis videtur
uentum, nec quid ſubtilitatis, imò ſanita-
; habeat reperire poſſem. Maneat ergò, Ci-
ronis & maiorum noſtrorum, à quibus au-
o illo ſæculo aureum dicendi flumen pro-
anauit, integra inuiolataque ſententia.
urpe eſt ab eorum iudicio prouocare hac in
.uſſa, qui nobis omnis facundiæ atque elo-
ıentiæ cauſſa quondam exſtiterunt.

C A-

Digitized by Google

CAPVT IV.

Vt ſtylus acui ſenſim, vtq́ue hebeſcere vſu cœperit.

VT hominum atque imperiorum, ſic oratorum ortus & occaſus iucundam ac non inciuilem commentationem in ſe continet. Nam & naſci & denaſci vniuerſa, & inter hæc pubeſcere, tum poſt maturam ætatem paulatim ſeneſcere intuemur. Quæ licet Cicero in Bruto, & doctus, quiſquis is fuit, auctor in dialogo plurimùm meditatè accurateque perſequantur; nulli tamen malè, ſi noſtræ aliquantum induſtriæ eidem rei vel explicandæ, vel adornandæ collocemus. Fuit veterum Romanorum, (quos quidem ante Catonem veteres fuiſſe cenſeo) ab eorumdem moribus non aliena aut diſſentanea diſſerendi ratio, frugi, ſobria, ſeuera, impexa, ſqualida, quæque rus oleret & allium. Itaque vix vt in oratorum nomen ſeſe ingerant, tum prioris ſed melioris, tum noſtræ ætatis homines patiuntur. *Nec habeo* (Ciceronis verba ſunt) *quenquam antiquiorem, cuius quidem ſcripta proferenda putem, niſi quem Appij Cæci oratio hæc ipſa de Pyrrho, & nonnullorum laudationes mortuorum fortè delectant. Et hercules hæ quidem exſtant.* Erat ergo ea dicendi ratio domi nata, domi educta; vernacula quidem, ſed agreſtis

Cic. in Bruto.

Cicero.

&

: ſilueſtris. At verò, vbi non Africam modò ıb iugum ire coëgerunt, ſed Græciam pe-etrarunt, miteſcere cœpit, & vrbaniorem eſtem induere, & cultum mundiorem: :d comata adhuc priſco ritu ductos in an-ulum cincinnos refugiebat. Hac ætate Ca-ɔ *τęὸωυς*, & ſententiarum ac verborum, uæ vocantur ſchemata non veroſimile eſt, uàm venuſtè primus vſurpauerit. Erant ta-ıen horridiora verba, & numerorum nulla enus. Vnctior quædam ac ſplendidior ɔnſuetudo loquendi C. Sulpitium Gallum tteris Græcis addictiſſimum exornauit. ˉum illa Galbæ vis, qua arentem, & tenuem elut alueum perfringens, immenſum di-tionis flumen Romanæ aperuit eloquentię; um à cauſſis controuerſiiſque ad quæſtio-em vniuerſam euagatur. Hinc M. Æmilius .epidus, qui iiſdem vixit temporibus, ſed aulò minor natu, quàm Galba, efflorere œpit. De quo Cicero: *Hoc in oratore Latino rimùm mihi videtur & lenitas apparuiſſe illa ìræcorum, & verborum comprehenſio; etiam arti-:x, vt ita dicam, ſtylus.* Iamque armorum viri-ıus ſubacta Græcia Romanorum ſenſim ani-nos amœniſſimarum artium ac ſcientiarum oluptate demulcebat: & in iis quas ſtatua-um ornamentis ſpoliauerát doctiſſimorum irorum exedris, ſummum ornamentum e-ant Romanorum duces atque imperatores

Cic. in Bruto.

cum philoſophorum ac oratorum ſelectiſſimo cœtu conſidentes, & de rebus ad remp. ad priuatam œconomiam, ad ſingulorum mores, ad benè viuendi dicendíque facultatem ſpectantibus non ineptè diſſerentes. Quâ re factum eſt, vt quos admirari tantùm ſolebant, imitari conarentur. Quod cùm in aliis, tum in Gracchis intueri eſt, & qui vel priores non multùm, vel deinde poſteriores fuerunt. Cicero lib. 1. Tuſculanarum: *At contrà oratorem celeriter complexi ſumus. nec eum primò eruditum, aptum tamen ad dicendum; pòſt autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuiſſe memoriæ traditum eſt: ſtudioſum autem eum, qui hos ætate anteibat, Catonem: pòſt verò Lepidum, Carbonem, Gracchos: deinde ita magnos noſtram ad ætatem, vt non multùm aut nihil omnino Græcis cederemus.* An non hæc dilucidè Cicero, & quod ſolet, politè ac limatè tam paucis verbis, de tot oratoribus, tot annorum ſpatio ſibi inuicem ſuccedentibus? Nec laude tamen ſuâ & operæ pretio carere fas eſt Dialogi ſcriptorem: *Sicut Catoni ſeni comparatus C. Gracchus plenior & vberior; ſic Graccho politior & ornatior Craſſus; ſic vtroque diſtinctior & vrbanior & altior Cicero: Cicerone mitior Coruinus, & dulcior, & in verbis magis elaboratus.* Hucuſque, ſana vtcunque & valens, in alijs aliiſque magis minuſque; ſed ſana tamen & valens oratio: *Quæ, ſicut corpus hominis, tum*

Cic. l. 1. Tuſc

In Dialogo.

Digitized by Google

um demum pulcra eſt, cùm non eminent venæ, ιec oſſa numerantur; ſed bonus & temperatus ſan-⁊uis implet membra, & exurgit toris: ipſos quoque ιeruos robur tegit, & decor commendat. Deinceps ιutem publicos mores imitata dicendi luxu-ies, & quod inde naſcitur meliorum triſte ‘aſtidium. Quo factum eſt, vt in verbis, ſen-entiis, & ipſa numerorum nimis tenerâ mo-lulataque conſtructione, mirâ ac fœdâ laſci-iiret inſolentiâ. De quibus antequam ſingil-atim dicam, ex Philoſopho faſciatim conge-ta producam omnia. *Cùm aſſueuit animus fa-tidire, quæ ex more ſunt, & illi pro ſordidis ſolita ùnt, etiam in oratione, quod nouum eſt quærit: & nodò antiqua verba atque exſoleta reuocat, & pro-ert; modo fingit, & ignota deflectit; modò id, quod ıuper increbuit, pro cultu habetur audax tranſla-io ac frequens. Sunt qui ſenſus præcidant, & hinc ratiam ſperent, ſi ſententia pependerit, & audienti ıſpicionem ſui fecerit: ſunt, qui illos detineant & ırrigant: ſunt, qui non vſque ad vitium accedant, necesse eſt enim hoc facere aliquid grande tentan-i) ſed qui ipſum vitium ament.* Succinctiùs hæc ieneca quàm pro diſcincto illo ſuo ſæculo. Veque ego tamen hoc loco de ſingulis agam uculentiùs: vnumquodque ſuo tempore ad udicium vocabitur. Illud iam mihi in men-em venit præcipuè: Nullos magis in vitia re præcipites, quàm quibus multum poſt vir-utis ſtudium, arctam contentamque morũ

Seneca ep. 114.

diſciplinam, pudoris tandem & verecundiæ habenas excutere conceſſum. Non in Græciâ, non Aſiâ illâ licentiæ omnis & impudentiæ, improbitatis ac nequitiæ ſolertiſſimâ quondam magiſtrâ tantum tam exiguo tempore incrementum cepit in moribus ac morum interprete eloquentiâ, deteſtabilis luxus, quantum Romæ in virtutum nuper omnium ſacrario. Verùm hæc miſſa faciamus: & manum tandem tollamus de tabula. Illud ſolummodò concludere mihi liceat; eloquentiam, quæ præter maciem & lurorem Romæ nihil in ſui exordio oſtentabat, mox inflatis & turgidis illis ſuis toris ac pulpis immane tumeſcentem morbo ſenſim ac tabe ſuâ peſſum abiiſſe. Dum pleroſque vulgatâ viâ pudet incedere, & hoc ſibi ſectandum iter tantùm putant, quod nullis preſſum veſtigijs. Itaque vbi abierunt ab illâ ſimplici, minimè ſollicitâ & elaboratâ viuendi ac dicendi diſciplinâ, aliquanto tempore viri ingenio & iudicio præſtantes, ſed numero pauci, arte & ratione duce, non contemnendos in dicendo progreſſus fecerunt. Quos vbi de vulgo & turbâ plures, ſed non æquè ad meliora nati inter alios eminere conſpexerunt, vecordi quâdam & amenti æmulatione perciti, cùm illos antecedere vellent, & aſſequi tamen deſperarent: alij quidem in mollibus velut pratis ſubſtiterunt, & luxuriem

[redacted]

Digitized by Google

:uriem ſuam ſine pudore explicuere libe-
iùs: alij verò ſanctiori, vt ipſis videbatur,
upercilio eos deſpicientes, per ſalebras &
upes & cautes eluctari conati ſunt, vt ſu-
eriores haberentur. Vnde & illud quibuſ-
lam accidit, vt quemadmodum nonnulli
:ommunis vitæ ac conſuetudinis peregrini
rorſus & hoſpites gemmas non ſingulis
antùm articulis inſerunt venuſtè, vel fron-
ibus & auribus geſtant; ſed omni corpo-
is parte ſtipant, & nimiùm ſe frugi arbi-
rantur, ſi pedibus eas ſolùm viſendas ex-
ibeant, niſi ſub pedibus inter cœnum ac
utum diuitias ſuas prodigant. Ita & ipſi flo-
ida præ cæteris verba, illuſtres ſententias,
&.nobiliſſima ſchemata, tantâ copiâ in v-
ium congerunt, vt alia aliorum viciſſim
plendori officiant; & in hac confuſâ at-
que indigeſtâ congerie lectorem per omnia
rrantem nihil in ſingulis delectet. Ali-
quorum verò, nec paucorum diuerſus eſt
norbus. Hi quaſi ciborum pertæſi meliorum
d fungos & carduos & glandes diuertunt,
& nihil niſi putida, dura & obſoleta ructant
erba omnis modi ac modeſtiæ negligen-
es. Tantum malum eſt, quod aſſequi ne-
quis, ambitioſè concupiſcere: quo perfrui
lacidè & tutò poſſis, non omnis expers lau-
lis, faſtidioſè contemnere: & potiùs in curri-
um deflectere, vel in metam impingere,

quàm vt in hoc curſu aliquis nobis prior eſſe videatur.

CAPVT V.

In vnoquoque pro ætatis conditione ſtylum pubeſcere, ac deinde ſeneſcere.

NOn ipſam ſolummodò eloquentiam; ſed vnumquemque eloquentiæ ſtudioſum ſuos habere ætatis flexus, & rationi & naturæ conſentaneum eſt, & nemini non experientiâ exploratum eſſe debet. Vnde prætextâ digni & bullâ ſunt, qui in veſpertino ætatis, ſi fas dicere, crepuſculo, verborum ac ſententiarum luminibus pueriliter ſcintillare deſiderant. Perinde, quaſi ad nutricum vbera decrepiti ſenes lallare ac pappare rurſus occiperent: in quibus non pueritia iam quidem, ſed puerilitas dominetur. Quod turpe & infame dedecus ſi quâ poſſum ratione ex Quintiliani & Tullij præſertim ſententiâ abolere conabor: & quid vnamquamque ætatem deceat, quid dedeceat explicare. Atque vt teneriores puerulos prætereamus (quibus ſatis eſt puram & ingenuam Latini ſermonis verecundiam vel domi, vel in Grammaticorum ſcholis excoluiſſe) in iuuentute, velut in ætatis vere, amœnos lætoſque flores requiro. Hæc enim generoſæ fœcundæque orationis

vbertas

Digitized by Google

bertas in ſpem frugis ampliſſimam matureſcit. Talis enim Hortenſius, talis ipſe Cicero. Vtrumque ſuis coloribus ſpectandum dabimus. Et iure quidem primum hîc locum Cicero obtinebit: qui cùm in ipſo eloquentiæ ſuæ exordio nimis in dicendo ferueret, & paulò minùs æſtuaret; aliorum culturâ, ſuâ induſtriâ præfractum illum impetum refrenauit, & cum ætate paulatim, orationem ſenili grauitate ac ſeueritate non ſpectandam modò, ſed venerandam eſſe voluit, Quam in rem eruditè Quintilianus lib. 12. cap. 6. *Fructum ſtudiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & venia & ſpes eſt; & paratus fauor, & audere non dedecet, & ſi quid deſit operi, ſupplet ætas, & ſi qua ſunt dicta iuueniliter, pro indole accipiuntur; vt totus ille Ciceronis pro Sexto Roſcio locus: Quid enim tam commune quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Quæ cùm ſex & viginti natus annos ſummis audientium clamoribus dixerit, deferbuiſſe tempore, & annis liquefacta iam ſenior fatetur.* Non paullò explicatiùs de ſe ipſo Cicero loquitur. Hunc audiamus: *Nunc quoniam totum me non næuo aliquo, & crepundiis; ſed corpore omni videris velle cognoſcere, complectar nonnulla etiam, quæ fortaſſe videantur minùs neceſſaria. Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis, procerum & tenue collum: qui habitus, & quæ figura non procul abeſſe putatur à vita periculo,*

In Bruto.

Plutarchus in Cicerone eadē.

riculo, ſi accedat labor, & laterum magna contentio. Eoq; magis hoc eos, quibus eram carus, commouebat, quòd omnia ſine remiſſione, ſine varietate vi ſummâ vocis, & totius corporis contentione dicebam. Impulſus hic fuit ardui, & ad excelſa ſublimiaque ſeſe efferentis ingenij; ſed iuuenilis, & periculoſus, quem non omnino tollere, ſed compeſcere conatus eſt: eaque de cauſſa in Græciam profectus Rhodum venit. *Quibus non contentus* (tot tantiſque dicendi magiſtris, quos enumerat) *Rhodum*, inquit, *veni, meq; ad eundem, quem Romæ audiueram, Molonem applicaui, cùm actorem in veris cauſſis ſcriptoremq; præſtantem, tum in notandis animaduertendiſq; vitiis, & in inſtituendo docendoq; prudentiſſimum. Is operam dedit, ſi modò id conſequi potuit, vt nimis redundantes nos, & ſupereffluentes iuuenili quâdam dicendi impunitate & licentiâ reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentes coërceret. Itaque recepi me triennio pòſt non modò exercitatior, ſed propè mutatus. Nam & contentio nimia vocis reciderat, & quaſi deferbuerat oratio; lateribuſq; vires, & corporis mediocris habitus acceſſerat.* Virilem dictionem qualem Cicero vſurpauerit, qualem antea iuuenilem ex iis, quæ dicta ſunt, facilè quilibet intelliget, qui non infeſtis natus Muſis, & ſiniſtro Apolline. Supereſt, vt ſenilem eius in perorando ſapientiam indagemus. Nec ad Cleanthis lychnuchum peruigilandum eſt, vt voti

com

ompores efficiamur. De Legibus lib. 1. Tullio à forenſi turbâ ad requiem anhelanti Atticus, id eſt ipſe Tullius, ſic occurrit: *Atqui vereor, ne iſtam cauſſam nemo noſcat, tibiq́; ſemper dicendum ſit: & eò magis, quòd te ipſe mutaſti, & aliud dicendi genus inſtituiſti. vt quemadmodum Roſcius familiaris tuus in ſenectute numeros in cantu ceciderat, ipſaſq; tardiores fecerat tibias: ſic tu à contentionibus, quibus ſummis vti ſolebas, quotidie relaxes aliquid. Vt iam oratio tua non multum à philoſophorum lenitate abſit. Quod ſuſtinere cùm vel ſumma ſenectus poſſe videatur, nullam tibi à cauſſis vacationem video dari.* Idem ipſe eodem ſenſu Craſſo adſcribit, quem ſui imaginem, & eloquentiæ velut effigiem ad poſteros tranſmittere voluit. Sed pluribus opus non eſt, præſertim cùm ipſius Ciceronis orationes, vt vernarit primùm, vt ſenſim maturuerit, vt denique frondeſcere deſierit, per ſe abunde teſtentur. Quòd autem hanc dictionis lenitatem ſummam etiam ſenectutem ſuſtinere poſſe arbitratur, hoc illi cæleſti animo præter fatum, naturæque leges & conſueta diuinitus conceſſum fateamur neceſſe eſt. Prudenter enim Quintilianus à cauſſis dicendis ad ſcribendum, mentem calamúmque traducens ait: *Neque enim ſcientiâ modò conſtat orator, quæ augetur annis; ſed voce, laterum firmitate: quibus fractis aut imminutis ætate ſeu valetudine, cauendum*

Lib. 1. de Orat.

Quint.

eſt, ne quid in oratore ſummo deſideretur: ne interſiſtat fatigatus, ne quæ dicet, parum audiri ſentiat: ne ſe queratur priorem. Vidi ego longè omnium, quos mihi cognoſcere contigit, ſummum oratorem Domitium Afrum, valdè ſenem, quotidie aliquid ex eâ, quam meruerat auctoritate perdentem, cùm agente illo, quem principem quondam fuiſſe fori non erat dubium, alij (quod indignum videbatur) riderent, alij erubeſcerent. Quæ occaſio illis fuit dicendi, malle eum deficere, quàm deſinere. Non ipſe quidem Conſus ſanius proferre conſilium mihi poſſe videtur. Præclarum illud Flacci pronuntiatum:

Horat. Flacc.

Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Quod cùm omnibus propoſitum eſſe debeat, tum iis præſertim, quos Aſiaticos dictos eſſe monuimus. Qui niſi in ſenectute ſtylum omnino inuertant, & à ſeipſis deſciſcant, atque in alios quodammodo migrẽt homines (quod quàm difficile ſit cuiuis examinandũ relinquo) non minùs ludibrio, vel cõmiſerationi certè vel execrationi futuri ſunt, quàm ſi quis ad Charontis cymbã naulo perſoluto de vxore cogitet & liberis, & nuptias adornet & choreas. Nolo id mihi credi. Hortẽſius flos quondam Romanæ eloquentiæ ætate ſenectâ ſenſim marceſcens ſuo id exemplo comprobabit. Cicero in Bruto: *Hæc genera dicendi aptiora ſunt adoleſcentibus, in ſenibus grauitatem*

Cic. in Bruto.

non

on habent. Itaque Hortenſius * *vtroque genere flo-*
:ns clamores faciebat adoleſcens. Habebat enim &
[illegible]eneclium illud ſtudium crebrarum venuſtarumq́ꝫ
'ntentiarum, in quibus, vt in illo Græco, ſic in hoc
'ant quædam magis venuſtæ dulceſqꝫ ſententiæ,
[illegible]àm aut neceſſariæ, aut interdum vtiles. Et erat
'atio cùm incitata & vibrans, tum etiam accura-
[illegible] & polita. Non probantur hæc ſenibus. Sæpè vide-
[illegible]m, cùm irridentem, tum etiam iraſcentem & ſto-
'achantem Philippum. Sed mirabantur adoleſcen-
s: multitudo mouebatur. Erat excellens iudicio
[illegible]lgi, & facilè primas tenebat adoleſcens. Etſi enim
[illegible]nus illud dicendi auctoritatis habebat parum, ta-
en aptum eſſe ætati videbatur. Et certè, quòd & in-
nij quædam forma lucebat, & exercitatione per-
:ta erat, verborumqꝫ adſtricta comprehenſio ſum-
am hominum admirationem excitabat. Sed cùm
'n honores, & illa ſenior auctoritas grauius quid-
m requireret, remanebat idem, nec dicebat idem.
[illegible]odq́ꝫ exercitationem ſtudiumqꝫ dimiſerat, quod
eo fuerat acerrimum, concinnitas illa crebritaſq́ꝫ
[illegible]tentiarum priſtina manebat, ſed ea veſtitu illo
[illegible]tionis, quo conſueuerat, ornata non erat. Hoc ti-
'lle, Brute, minùs fortaſſe placuit, quàm placuiſ-
, ſi illum flagrantem ſtudio, & florentem facultate
[illegible]dire potuiſſes. Vera hæc, vera ſunt; nec verio-
Pythia. Neque idcirco tamen adoleſcen-
ꝫ vberius & copioſius dicendi genus per-
[illegible]rreſcere debent, dummodo nō illud ſordi-
[illegible]m & lutulentum, ſed cultum & vrbanum.

Cice-

De Aſiaticis agit duobus generibus, de quibus antea nos egimus.

Digitized by Google

Cicero. Ciceronis ea mens eſt, & præceptio. *Volo ſe efferat in adoleſcente fœcunditas. Nam faciliùs, ſicut in vitibus, reuocantur ea, quæ ſeſe nimiùm profuderunt, quàm ſi nihil valet materies, noua ſarmenta culturâ excitantur. Ita volo eſſe in adoleſcente, vnde aliquid amputem. Non enim poteſt in eo ſuccus eſſe diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum.* Neque eos quidem à ſcholis ablegandos cenſeo, quibus rigidum & aſperum, non lene, non molle, ſed horridius eſt ingenium, cui tamen aliquid acre ineſt & vehemens, licet interdum præter morem ac decorem minùs vrbanum & humanum. Talis quondam Accius fuit, pro æuo tamen ſuo laudem meruit. Agellius lib. 13. cap. 2. *Accius cùm in Aſiam proficiſcens iuuenis adhuc Pacuuio iam ſeni tragœdiam ſuam, cui Atreus nomen eſt, legeret: Pacuuius dixiſſe fertur, ſonora quidem eſſe, quæ ſcripſiſſet, & grandia; ſed videri tamen ſibi duriora paulùm & acerbiora. Ita eſt (inquit Accius) vti dicis, neque id ſanè me pœnitet. meliora enim fore ſpero, quæ deinceps ſcribam. Nam quod in pomis eſt, itidem, inquit, aiunt eſſe in ingeniis. Quæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & iucunda: ſed quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia, atque à principio ſunt vuida, non matura mox fiunt, ſed putria. Relinquendum igitur viſum eſt in ingenio, quod dies atque ætas mitificet.*

Agel. l. 13. c. 2.

CA-

CAPVT VI.

Quis ſtylus præſtantiſſimus.

NOn peruicaciùs Pompeius olim & Cæſar de Romano imperio vel inuadendo l vindicando ad internecionem decertaıt, quàm eodem tempore, quique Attici, ique Aſiatici de prouinciarum ſuarum fiıbus, aut imperij ſimitibus linguâ calamoous, aut incruentum quidem bellum non ſine ıluere tamen & ſudore generoſiſſimè inſtierunt. Adeò omnibus hominibus diuerſa genia in hoc vno conueniunt, vt ſui decrevnumquodque tenaciſſimum ſit. Quod ıc noſtrâ ætate innumeras doctiſſimorum ominum factiones in immenſum diſtraxit, nemo propè vllius ſtylum probaret, niſi um. Præclarè Cicero: *In omni re difficillium eſt formam, qui χαρακτὴρ Græcè dicitur, ponere optimi. quod aliis aliud videtur optimum. nnio delector, ait quiſpiam: quòd non diſcedit à mmuni more verborum. Pacuuio inquit alius: nnes apud hunc ornati elaboratiq́; ſunt verſus: ultò apud alium neglıgentiùs. Fac alium Accio. aria enim ſunt iudicia, vt in Græcis: nec facilis exlicatio, quæ forma maximè excellat. In picturis lios horrida, inculta, abdita & opaca; contrà alios nitida* **Cicero in Orat.**

nitida, læta, colluſtrata delectant. Quid eſt quod præſcriptum aliquod aut formulam exprimas, cùm in ſuo genere quodque præſtet, & genera ſint plura? Hac ego religione non ſum ab hoc conatu depulſus, existimauiq; in omnibus eſſe aliquid optimum, etiamſi lateret. Diuinè quidē Orator maximus; nec poteſt meliùs. Dabit tamen veniam ſi eodem campo decurram, ſed alijs veſtigiis: & ex ipſius eloquentiæ naturâ atque officio, quod dicendi genus probatiſſimum ſit, indagauero. Cùm animi ſui conſulta ad aliorum cognitionem peruenire cuperent primi mortalium, illud ſagaciſſimè repererunt, vt rerum notas, & mentis velut ſimulacra, voces fabricarent, quæ inter ſe coniugatæ quam cuperent notitiam in alijs alijſque mirâ fœcunditate propagarent. Cuius ea vtilitas fuit, vt quid vellent, inuicem intelligerent; ſed in tantis voluntatum diſſidiis, non quod vellent, inuicem facerent. Reliquum igitur fuit, illudque longè difficillimum ac præſtantiſſimum, rationem aliquam reperire, quâ vnus alterum in ſententiam ſuam pertraheret. Hinc eloquentiæ incunabula. Quæ diu inter faſcias & crepundia volutata tandem docendo, delectando, mouēdo Herculeos iactauit lacertos, & per omnem terrarum orbem regnum ſuum extulit, vnica rerum domina, & animorum regina. Quorſum hæc tam longè repetita? vt intelligatis neminem ſibi eloquentem

uentem eſſe debere, ſed alijs, quos docere, uos delectare, quos cupit mouere. An eſt ;itur quiſquam, qui non videat, eum eſſe ræſtantiſſimum oratorem, cui contigit, *vt, ım auditum ſit eum eſſe dicturum, locus in ſubſel-ıs occupetur, compleatur tribunal, gratioſi ſcribæ ıt in dando & cedendo loco, corona multiplex, iu-x erectus: cùm ſurgit is, qui dicturus ſit, ſignifice-r à coronâ ſilentium? Deinde crebræ adſenſiones, ultæ admirationes, riſus, cùm velit, cùm velit, fle-s: vt qui hæc procul videat, etiamſi quid agatur, ſciat, at placere tamen, & in ſcena eſſe Roſcium telligat.* Veniat ad ſellam iratus reo iudex; ſic .men veniat, vt orationis ſuauitate delecte-ır: tendantur inſidiæ ferocienti animo: ca-at in laqueos, quibus irretitus oratoris arte, uaſi agreſtis bellua cicuretur. Æſtuet Cæ-.r dum Ciceronem audit pro Ligario pero-ıntem, palleat, tremat, labatur animo, dum-ıodo pacatus abeat, qui venerat iratus.)ratoris nomine indignum cenſeo, qui non a velut in acie prælietur, vt aduerſarium radu moueat, & locum cogat deſerere: qui ıdicem non in triumpho captiuum ducat: ui non in omnium animis dominetur, & umanarum affectionum teneat principa-ım. Nam quiſquis paterfamilias non bar-arus, ſed ingenuus eſt, rem omnem expone-: vernaculè aut Latinè poteſt; & non om-inò incõditè aut perturbatè digerere, dum-modo

In Bru-to.

modo mediocri prudentiâ inſtructus, quin etiam & aſſerere, & rationibus atque argumentis adſtruere, ſi ingenium non deſit & ſolertia, vſus docet quotidianus, & minùs etiam accurata, minimeque moleſta dicendi experientia: inuitum autem & reluctantem ad aſſentiendum cogere, id demum oratoris eſt. Sit itaque huius oratio fortis, contorta, lacertoſa; interdum tamen occultè, & velut ex inſidijs victoriam ſibi polliceatur, nō tam ornata, quàm armata inſignibus elocutionis. Quam quidem vim in iudicijs præſertim requiro: nec ſine neruis tamen, ſine ſucco, ſine ſanguine deliberationes eſſe volo; nec ſine pompâ & feſtiuo cultu exornationes. Videat orator, quid vnaquæque cauſſa poſtulat, quid ætas ſua, quid dignitas, quid auditorum mores & indoles. quibus niſi genialiter inſtruxerit, nauſeam ſine vtilitate, infamiam pro gloria ſibi conciliabit. Atqui adeò non inficior medicinam aliquando temperādam pro ægroti arbitrio, dummodo proſit: atque hanc maximam artem eſſe interdum ſuperſtitioſè artis rationem non habere. Caput eſt, quod antè dixi, auditori placere, vt perſuadeas. Quod cùm ita ſit, non immeritò Quintilianus lib. 12. diductiùs; contractiùs verò Dialogiſta illud conſtituit: *cum conditione temporum, ac diuerſitate aurium formam quoque ac ſpeciem orationis eſſe mutandam.* Et ſi quidem

Quintil. l. 12.

cum

m illius ſæculo hoc noſtrum conferre li-
it:nec video cur non liceat, cùm Senecam,
m Suetonium, cùm Tacitum & Plinium,
tot ſcriptorum optimates ab inferis do-
ſſimorum virorum operâ reuocatos habe-
is, cum quibus tanquam cum viuentibus
uiſſimè colloquimur, inter quos familia-
er quotidie conuerſamur. Si cum illo, in-
am, ſæculo hoc noſtrum conferre liceat,
ſdem Dialogiſtæ verbis, ex multorum hu-
æui iudicio id quoque licet dicere: *Facilè* In Dialogo.
ferebat prior iſte populus, vt imperitus & rudis,
peritiſſimarum orationum ſpatia: atque id ip-
i laudi dabatur, ſi dicendo quis diem eximeret.
verò longa principiorum præparatio, & narra-
nis altè repetita ſeries, & multarum diuiſionum
ntatio, & mille argumentorum gradus, & quid-
d aliud audaciſſimis Hermagoræ & Apollodori
is præcipitur, in honore erat: & ſi quis odoratus
loſophiam, atque ex eadem locum aliquem ſuæ
tioni insereret, in cælum laudibus ferebatur.
: mirum. Erant enim hæc noua & incognita:
pſorum quoque pauciſſimi præcepta Rhetorum,
Philoſophorum placita cognouerant. At hercu-
eruulgatis iam omnibus; cùm vix in cortinâ
ſquam adſiſtat, qui elementis ſtudiorum, etſi
inſtructus, at certè imbutus ſit, nouis & exqui-
eloquentiæ itineribus opus eſt. per quæ orator
idium aurium effugiat: vtique apud eos iudices,
aut vi aut poteſtate, aut iure & legibus cogno-

D *ſcunt,*

ſcunt, & nec accipiunt tempora; ſed conſtituunt; nec exſpectandum habent oratorem, dum illi libeat, de ipſo negotio dicere, ſed ſæpè vltrò admonent, atque aliò tranſgredientem reuocant, & feſtinare ſe teſtantur. Quis nunc ferat oratorem de infirmitate valetudinis ſuæ præfantem? Qualia ſunt ferè principia Coruini. Quis quinque in Verrem libros exſpectauerit? Quis de exceptione & formulâ perpetietur illa immenſa volumina, quæ pro M. Tullio, aut A. Cæcinnâ legimus? Præcurrit hoc tempore iudex dicentem, & niſi aut curſu argumentorum, aut colore ſententiarum, aut nitore & cultu deſcriptionum inuitatus & corruptus eſt, auerſatur dicentem. Vulgus quoque adſiſtentium, & affluens & vagus auditor aſſueuit iam exigere lætitiam & pulchritudinem orationis; nec magis perfert in iudicijs triſtem & impexam antiquitatem, quàm, ſi quis in ſcena Roſcij, aut Turpionis Ambiuij exprimere geſtus velit. Iam verò iuuenes, & in ipſâ ſtudiorum incude poſiti, qui profectus ſui cauſſâ oratores ſectantur, non ſolùm audire, ſed etiam referre domum aliquid illuſtre, & dignum memoriâ volunt. Traduntq; inuicem, ac ſæpè in colonias ac prouincias ſuas ſcribunt, ſiue in ſenſibus aliquis argutâ & breui ſententiâ effulſit, ſiue locus exquiſito & poëtico cultu enituit. Exigitur enim iam ab oratore etiam poëticus decor, non Attij aut Pacuuij veterno inquinatus, ſed ex Horatij, & Virgilij, & Lucani ſacrario prolatus. Horum igitur auribus & iudicijs obtemperans noſtrorum oratorum ætas pulchrior & ornatior

tior

Digitized by Google

tior exiſtit. Si hæc à foro ad curiam transferantur & roſtra, aut noſtrorum potiùs in templis & ſcholis exſtructa ſubſellia, non Afrum ego Domitium, ſed aliquem ex politiſſimis Belgarum, & totius Europæ ingenijs diſſerentem me audiuiſſe iudicauero. Niſi fortè pluſculum etiam hæc ætas poſtulet. Quis enim aliquo in pretio & honore inter noſtros verſatur hac tempeſtate, niſi & criticorum toreumata, & induſtriè cælata hiſtoriarum emblemata, orationi ſuæ cum venuſtate ac dignitate inſerere poſſit, & omnium penè ſcientiarum illuſtria quædam ornamenta adhibere non negligat: vt rerum & verborum variâ luce audientium mentes excitentur, & cum ſtupore quodam defigantur. Quod equidem tempori tribuendum non nego, dummodo cum Quintiliano caueant: *Ne craſſa toga ſit, non ſerica: ne intonſum caput, non in gradus atque anulos totum comptum. Cùm in eo, qui non ad luxuriem ac libidinem referat, eadem ſpecioſiora quoque ſint quæ honeſtiora.* Dummodo & hoc obſeruent, vt, velut pictura quædam, quamuis ad omnium admirationem à ſummo artifice elaborata vmbras ſuas & receſſus habeat neceſſum eſt; ſic oratio non eodem ſemper cultu incedat, non vbique ſeſe oſtentet & venditet; ſed per interualla auditoris animum mitiùs feriat, & interdum etiam quieſcere permittat. quò maiori deinde robore Quint.

D 2 bore

bore ad audiendum & iudicandum acutiùs ſeſe poſt quietem recolligat. Conticeant itaque Attici illi toties in* foro irriſi, paſtoritiâ illâ Ciceronis digni fiſtulâ, * qui cùm ad dicendum aſſurgunt, non modò à coronâ (quod eſt ipſum miſerabile) ſed etiam ab aduocatis relinquuntur. Et, quoniam ſoli oratores haberi deſiderant, ſibi ſolis in exedris & xyſtis commententur, & orationis ſuæ numen pallido ſqualentique vultu luridum venerentur atque adorent. Oratoris ego dictionem attenuari nolo nimiâ parcimoniâ, &, vt ſic dicam, ieiunitate. Sit oratio teres, nuſquam exceſa, nuſquam gibbera. Denique, ne bellum rurſus moueamus, id vnum pronuncio: modeſtam & ingenuam vbertatem ac copiam ab oratione, quæ probari vel laudari deſiderat, abeſſe non poſſe. Eximium illud conſidera Latinæ par eloquentiæ Antonium & Craſſum, aut, ſi mauis, Hortenſium dum iuuenis, Ciceronem tum maximè dum ſeneſceret: adiunge his familiariſſimos quondam, & artium conſuetudine coniunctiſſimos Æſchinem & Demoſthenem, ſanos omnes reperies & validos: & qui plus aliquid ſuſcepiſſe ſeſe fateantur, quàm vt non vitioſè dicerent. Atqui vt cùm Atticis litem finiamus: *Ornatè, grauiter & copiosè dicere, aut Atticorum ſit; aut ne ſit Aeſchines, neue Demoſthenes, Atticus.* Quòd verò Brutus, Callidus, Cor-

Tuſc. lib. 2.
In Bruto.

ornificius, qui tum ſe oratores Atticos, id
t abſolutos, appellabant, Ciceronem Aſia-
:um eſſe criminentur, ſibi ipſis conuicium
cunt. Quis enim adeò ab antiquitate pe-
grinus, qui ſe nō malit Ciceronem & Hor-
nſium, quàm Brutum, Callidum, Carinum,
ornificium, quorum oratio velut exſangui
iâdam tabe, aut phthiſi iam pridem emar-
it, imò iam olim emortua eſt? Itaque, vt fi-
:m faciam, illud optimum eſſe genus ſtyli
dico, quod maximè dicentis mentem ac
luntatem illuſtret, & ad perſuadendum
mnis pollet viribus: cui alium aliumque
ſtitum, pro gentium ac ætatum conditione
dulgeri quandoque poſſe fateor; vitium
tem nunquam. Illud enim oratori curan-
ım ſemper fuit,

Populo vt placerent, quas feciſſet fabulas.

eque illud ei fas eſt, quod Epicuro, qui Seneca epiſt. 7.
m vni ex conſortibus ſtudiorum ſuorum
iberet: Hæc, inquit, ego non multis, ſed
i. Satis enim magnum alter alteri thea-
ım ſumus. Nimis illa paradoxa ſunt in hac
nolâ; vnus mihi pro populo, & populus
ò vno. Satis mihi ſunt pauci, ſatis eſt vnus,
is eſt nullus. *Nec* (vt Ciceronis vtar ver- Cicero.
s) *poſſet idem Demoſthenes dicere, quod dixiſſe*
ıtimachum Clarium poëtam ferunt, qui cùm
uocatis auditoribus, legeret eis magnum illud
od nouiſtis volumen ſuum, & cum legentem om-

nes præter Platonem reliquiſſent, Legam, inquit, nihilominus. Plato enim mihi vnus inſtar eſt multorum millium. & rectè. Poëma enim reconditum, paucorum approbationem, oratio popularis aſſenſum vulgi debet mouere. At ſi eundem Platonem vnum auditorem haberet Demoſthenes, cùm eſſet relictus à cæteris, verbum facere non poſſet. Sed cur à me relinquitur, quod paulò antè Cicero, quodque prodeſſe poteſt ad hanc rem maximè? *Id ipſum eſt ſummi oratoris ſummum oratorem populo videri. Quare tibicen Antigenidas dixerit diſcipulo ſanè frigenti ad populum, Mihi cane, & Muſis. Ego huic Bruto dicenti, vt ſolet, apud multitudinem, Mihi cane & populo, Brute, dixerim.* Hæc Cicero, vbi docet, eundem oratorem doctis probari debere, qui populo probatur. Quod cùm ad inuentionem ſpectet & diſpoſitionem, præſertim tamen ad elocutionem, quæ prima in animum auditoris incurrit, & mentem occupat.

Cicero.

CAPVT VII.

De verbis, quæ prima ſtyli pars, ac primùm de antiquis.

HOc iam igitur in cauſſâ maneat, eum ſtylum principatum obtinere, qui maximè aptus inſtructuſque, vt in omnium aut plurimorum

orum animos dominetur, ibi regnum ſuum
ercreat, ibi obtineat imperium. Quod ta-
en ſi quis ſine arte fieri poſſe confidat, næ
e parum modeſtè & conſultè naturæ no-
æ vires metitur, & tot iam antè ſæculorum
ıanimem conſenſum nimis temerè & ar-
ganter profligare conatur. Nos interim eo-
latus prememus, qui à maioribus non de-
:neres, veræ, germanæ legitimæq́; eloquen-
e viam inueſtigant; & præceptiones non-
ıllas proferemus, quibus ſtylus limatior ac
ɔlitior ad multorum voluptatem, ad non-
ıllorum vſum atque vtilitatem reſplende-
at. Nec moror ampliùs: ne porta viæ ſit lon-
ſſimum, quâ licet erumpo, vt in hoc campo
:curram, & mitiori arbitrorum lege, non
ueriſſimâ iudicum religione ſententiam
:onunciem. Illud igitur ſtatuo: Cùm verbo-
ım delectus optimorum origo ſit eloquen-
æ, non immeritò ex Cæſaris opinione tan-
uam ſcopulum refugiendum eſſe inſolens
: infrequens verbum. Cauendum tamen,
e, dum naufragium deuitamus, in inhoſpi-
.s cautes, inſulaſque ſoli & cælo exoſas eii-
amur: vbi ſtylus fame contabeſcat, aut ex-
ıccas quodammodo atque omnium pedi-
us tritas ac ſemineces herbas legat, aut exa-
imes quaſi cortices rodat: ne obuiis, inquã,
erbis ſqualeſcat oratio, nullaſque ſepoſi-
as, atque interioris notæ dictiones vſurpare

audeat. Id fiet, ſi prudenter cùm alia, tum eas quæ antiqua dicuntur, expenderimus. Labyrinthus hic eſt, non diffiteor: tot opinionum viæ atque amfractus vndique circulantes reperiuntur. Sunt, qui omnia, quæ Ciceronis ætate minùs vſurpata fuere, de ponte deiiciant; ſunt, qui eadem attollere conantur. Quintilianus lib. 8. cap. 3. rigidam atque aſperam cenſuram exercet: ex cuius mente, ni fallor, vir ſummâ vitæ integerrimè actæ, & conſtantiſſimè peractæ gloriâ illuſtris Edmundus Campianus omnes ante Ciceronem inter antiquos numerat. Quinque Latinæ eloquentiæ tempora his propè verbis deſcribit. In prioribus certè quatuor nihil mutabimus; poſtremum breuitatis cauſâ noſtro ſtylo dabimus. *Primum*, inquit, *antiquiſſimum eorum, qui ab V. C. vſque ad Liuium Andronicum circiter quingentis annis floruerunt. Secundum tempus vetuſtum, annorum penè centum, qui inter Liuium illum, & M. Tullium fluxerunt. Vixerunt hac ætate* Plautus, *Cato, Terentius, Lucretius, horriduli illi: multi præterea, quorum opera perierunt, Ennius, Næuius, Cæcilius, Pacuuius, Actius, & oratores plurimi. Sequitur tertio loco Ciceronis ætas florentiſſima. In eâ principes Cicero, & Cæſar habiti: laudati Varro & Saluſtius, T. Liuius in ſuo genere viſus excellere. His annumeratur Cornelius Celſus medicus: in poëtis verò heroicis Virgilius, elegiacis Ouidius, lyricis Horatius. Ciceronis æqualium habentur*

Quint. l. 8. c. 3.

Camp. c. 3. de Imitatione.

ntur epiſtolæ Cæcinnæ, Pollionis, Cælij, Planci, ımpeij, M. Bruti, Lucij Luceij, Marcelli, Dolabellæ, ılpitij: ex quibus coniici poteſt, quàm illud ſæculum rax oratorum fuerit. Quartum tempus ab Augu- Cæſaris interitu, ad annos plus minus octuagin-. Quo ſæculorum decurſu, vt poëtas taceam, ora- res, hiſtorici, grammatici celebres, Columella, alerius, Plinius, Suetonius, Quintilianus, Corne- us Tacitus, Q. Curtius, Aſconius Pædianus, Aulus ellius, Macrobius, Donatus, Seruius, Priſcianus, b illo nitore Ciceroniani ſæculi plurimùm degene- ıuerunt: idq́ Fabius ingenuè confitetur: Di- ndi, inquit, mutauimus genus, & vltrà no- is, quàm oportebat indulſimus. Hæc virtute, octrinâ, conſtantiâ inter primos ſui ſæculi iros Campianus de primis quatuor ætati- ıus: quintam verò ad nos vſque producit,)octoreſque Eccleſiæ, cæteroſque illuſtres, ut non obſcuros enumerat. Ramus autem n Ciceroniano ſuo Liuium inter nouos col- ocat, quaſi ſine imaginibus ignobilem pro- ıè homuncionem, terræ filium, aut, ſi ma- is, nepotem: Terentium verò florentis æui ſſe vult, non vetuſti aut effœti. Adrianus Cardinalis non multùm à Campiano rece- lit: antiquiſſimorum æuum prorogat vſ- ıue ad Liuium Andronicum per annos 514. ntiquorum vſque ad Ciceronem per annos entum: perfectorum fuiſſe vult idem, quod Ciceronis; doctorum, quòd poſt Cicero-

Nota pleroſque horum intra octuageſimum annum ab Auguſto vixiſſe, nō omnes. prouectus eſt calore nimio vltra metā.

Ramus.

Adrianus Card.

 nem.

nem. Sic alij aliter, quiſque pro ſuo ſenſu. Ad ipſum me Tullium ſi conſulendi gratiâ conferam, de Catone eiuſque coætaneis ſic ait: *Antiquior eſt huius ſermo, & quædam horridiora verba: ita enim tum loquebantur.* De Galbâ verò paucis interiectis: *Neſcio quomodo huius, quem conſtat eloquentiâ præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Lælij, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis.* De Lælio ipſo paulò pòſt: *Sed multò tamen vetuſtior & horridior, quàm Scipio: &, cùm ſint in dicendo variæ voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur, & libenter verbis vti paulò magis priſcis Lælius.* Ibidem: *Spurius Mummius antiquus vocabatur; Scaurus in antiquis habitus; Cotta veterator: ſed poſt Catonem. Non temporum illud vitium inuenio; ſed hominum.* Quid plura? Non magni adinſtar momenti habet, an poſt Catonem priſci oratores vocari debeant; cùm eorum nullum propè veſtigium ſuperſit, cui inſiſtere poſſimus, vel ad laudem arduè, vel ad periculum abruptè. De Poëtis latior diſceptandi palæſtra; ſed aliorum illi ſupercilium non exſpectarunt. Ipſi conſecraneos ſuos naribus ſuſpendunt, nonnulli etiam quaſi de plauſtro conuiciantur: nec aliorum laudes exſpectant; ſe ipſos laudant. Ennius primum ſe poëtarum gloriatur: priorum verſus vt incultos & informes ſpernit planè atque contemnit.

Cicero. *Ennius.*

Quos

Quos olim Fauni, vateſq; canebant,
Cùm neque Muſarũ ſcopulos quiſquã ſuperarat,
Nec dictei ſtudioſus erat.

uic Cicero aurem vellicat: *Et luculentè qui-m ſcripſerunt, etiamſi minùs, quàm tu, politè Nec rò tibi aliter videri debet, qui à Næuio vel ſum-ſti multa, ſi fateris: vel, ſi negas, ſurripuiſti.* De ıdem Quintilianus: *Ennium ſicut ſacros lucos 'oremus, in quibus grãdia & antiqua robora iam n tantam habent ſpeciem, quàm religionem.* uid multis opus? Laudet ſanè ſeipſum En-us, ſatis multi vituperant; nec alijs parciùs a vitia impingunt: Attilium *ſcriptorem fer-ım* vocat Lúcilius: Lucilium Horatius ait *'ulentum fluère.* Ego ſic iudico ante Virgi-ım poëtas cautiſſimè legendos eſſe, atque am prudentiam adhibendam, quam Quin-ianus adfert lib. 10. cap. 1. ante Ciceronem rò oratores ſic legi debere, vt non temerè ırpemus, quæ ante nos nemo claſſicorum vſum reuocauerit. Quod tamen ita intelli-cupio: niſi illuſtris aliqua dictionis maie-s loco eximio congrueret, aut tempori: niſi t vtilitas manifeſta aut neceſſitas. Præclarè neca: *Multi ex alieno ſæculo petunt verba: duo-im tabulas loquuntur: Gracchus illis, aut Craſ-nimis culti & recentes ſunt: ad Appium vſque ad Coruncanum redeunt. Quidam contrà, dum ıil niſi tritum & vſitatum volunt, in ſordes in-unt. Vtrumque diuerſo genere corruptum eſt,* tam

Cicero.

Quint. lib. 10. cap. 1.

Cic. l. 1. de Fin.

Horat. ſatyra vlt. l. 1.

Quint. lib. 10. cap. 1.

ep. 114. Illud om-nino ſer-uandum, ne quid nimis: in omni re potiſsi-mũ mo-dus eſt.

tam mehercules, quàm ſi vellent ſplendidis vti, ac ſonatibus & poëticis, neceſſaria, & in vſu poſita vitare: tam hunc dicã peccare, quàm illum. Alter ſe iuſto plus colit, alter ſe iuſto plus negligit: ille & crura, hic nec alas quidem vellit. Ita inquam eſt, caput omnis rei modus & moderatio: quam qui negligit, fruſtra ſe iactat & venditat. Hanc in eâ, quam pertractamus, re Quintilianus nobis, & prudentius etiam Cicero deſcribit. Quintilianus lib. 1. cap. 6. *Verba à vetuſtate repetita non ſolùm magnos aſſertores habent, ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam, non ſine delectatione: nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, vt neque crebra ſint hæc, neque manifeſta: quia nihil eſt odioſius affectatione. nec vtique ab vltimis & oblitteratis repetita tẽporibus: qualia ſunt* TOPPER, *&* ANTIGERIO, *&* EXANCLARE, *&* PROSAPIA, *& Saliorum carmina, vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta.* Pergat Quintil. & altero etiam loco hunc locum corroboret ac conſtabiliat. *Cùm ſint autẽ verba propria, ficta, tranſlata: propriis dignitatẽ dat antiquitas. Namque & ſanctiorem, & magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat vſurus: eoq; ornamento acerrimi iudicij P. Virgilius vnicè eſt vſus. Olli enim, & Quianam, & Mi, & Pone, pellucent, & adſpergunt illam, quæ etiam in picturis eſt gratiſſima, vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem. Sed vtendum modo, nec ex vltimis*

Quint. l. 1. c. 6.

l. 8. c. 3.

imiis tenebris repetenda. Satis eſt vetus, QVÆSO, id neceſſe eſt dicere OPPIDO, quo ſunt vſi paulùm npore noſtro ſuperiores? vereor vt iam non ferat iſquam. Certè ANTIGERIO, cuius eadem ſigniıtio eſt, nemo niſi ambitioſus vtetur. ÆRVMNAS id opus eſt? tanquam parum ſit, ſi dicatur Labor. rridum, REOR; tolerabile; AVTVMO; tragicum, OLEM DVCENDAM; VNIVERSAM EIVS OSAPIAM, inſulſum. Quid multa? totus propè tatus eſt ſermo. Quædam tamen adhuc vetera uſtate ipſâ gratiùs nitent, quædam etiam neceſiò interim ſumuntur. EMANCIPARE, & FA-, & multa alia etiam audientibus grata inſeri ſunt; ſed ita demum; ſi non appareat affectatio. quâ mirificè Virgilius.

Et Hormethiorum amator iſte verborum, Virgil.
Iſte, iſte rhetor, namque quatenus totus
Thucydides Britannus, Atticæ febres,
Tau Gallicum imminet: ipſemet malè illiſit.
Ita omnia iſta verba miſcuit fratri.

mber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceonis dicto notatum eſt; Germanum Cimber occit. Ingenioſè quidem Rhetorum florentiſſius: æquo tamen ferocior & atrocior ipſius lus: nimiùm ſæuit, & ipſum Ciceronem on vno loco fodicat aut lancinat.

Aerumnas, inquit, quid opus eſt? Opus ſibi fue Cicero indicauit, & non tantùm in oraone poſt reditum in Senatu dixit æternas ærunas, verùm etiam huius dictionis vim eximiam,

miam, & vſum non illaudatum apud maiores probat lib. 3. de Finibus bonorum & malorum, ipſo extremo limine: *An, cùm de omnibus gentibus optimè mererere, cùm opem indigentibus ſalutemq; ferres, vel Herculis perpeti ærumnas. ſic enim maiores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen verbo Aerumnas, etiam in Deo nominauerunt.* Quin imò & vocis huius obſeruator ſedulus eam definire ac deſcribere voluit Tuſc. lib. 4. *Aerumna*, inquit, *ægritudo laborioſa eſt.* Hinc & *ærumnoſus* deriuatum non ſemel apud eundem in honore eſt.

Cic. l. 3. de Fin.

Cicer. Tuſc. lib. 4.

Nec ſatis animaduerto cur adeò ſatyricè in alteram dictionem acerbus ſit: VNIVERSAM EIVS PROSAPIAM, *inſulſum*, inquit. Idem nuper æmulatus eſt, neſcio quis (nomen lubens taceo improbiſſimorum hominum, quibus vnicum numen eſt, quod in cerebro ſuo dedicarunt: *ita videtur.*) recens homo, & quaſi ſacrilegium quoddam incuſat Saluſtij facinus, quòd *veteris proſapia* dixerit: & non antiquam tantùm vocem, ſed peregrinam eſſe omnibus viribus obtinere conatur, atque circa προπάππια, πρόπαππος Græculorum more mirum quàm ineptit. Meliùs, meliùs, & modeſtiùs Cicero, cui tamen perpetuam dictaturam in Romanâ eloquentiâ nemo abrogare audeat: priſcam quidem agnoſcit vocem, ſed non arroganter tamen eam faſtidit: *Deinceps Iouem atque*

Cic. de Vniuerſo.

que

ue Iunonem, reliquos fratres inter ſe agnatoſq; v-ſurpare atque appellare ſolemus, & eorum, vt vtanur veteri verbo, proſapiam. Non hîc Plautum, Appuleium, Ammianum cito: numerus ſunt: Ciceronem iterum audire malo, & iam ag-minatim pro ſe contra Quintilianum præ-iantem contemplari. *Neque enim illud fugerim icere, vt Cælius, Quâ tempeſtate Pœnus in Italiam enit: nec Prolem aut Sobolem aut Effari aut Nun-upari, aut, vt tu ſoles, Catule, Non rebar, Non opi-abar, & alia multa, quibus loco poſitis grandior tque antiquior oratio ſæpè videri ſolet.* Quorſum gitur hæc omnia? An eorum me aduocatum rofiteor, quibus & vinum vetus, ita dictio uæ vetuſtiſſima, eadem ſapientiſſima vide-ur? Quin imò citra modum ſtare potiùs ora-ionem deſidero, quàm vltra modum proce-ere. Inculpatius enim vitium pudoris quàm npudentiæ, & interdum quibuſdam gratius uàm ipſa virtus. Procul hinc mera peſtis & ernicies omnis elegantiæ, antiquarij illi, uos, dum paulò magis cogitatè ſcribit, me-itò incilat Quintilianus lib. 1. cap. 6. *Ergo vt ouorum optima ſunt maximè vetera, ita veterum naximè noua. Similis circa auctoritatem ratio. Iam etiamſi poteſt videri nihil peccare, qui vtitur is verbis, quæ ſummi auctores tradiderunt, multum amen refert, non ſolùm quid dixerint, ſed etiam uid perſuaſerint. Neq; enim* TVBVRCHINABVN-DVM, & LVRCHABVNDVM *iam in nobis quiſ-quam*

Cicero.

Quint. l. 1. c. 6.

quam ferat, licet Cato ſit auctor: nec hos LOCIDICES; *quanquam id Pollioni placeat: nec* GLADIOLA; *atqui Meſſala dixit: nec* PARRICIDATVM; *quod in Cælio vix tolerabile videtur: nec* COLLOS *mihi Caluus perſuaſerit: quæ nec ipſi iam dicerent. Supereſt igitur conſuetudo. Nam fuerit penè ridiculum, malle ſermonem, quo locuti ſunt homines, quàm quo loquantur. Et ſanè, quid eſt aliud vetus ſermo, quàm vetus loquendi ratio?* Iam tandem *Quint.* cum Quintiliano in gratiam redeo, dum putida illa & pudenda verba, aut genera procul iubet faceſſere.

Quærisne vnde hæc sartago loquendi
Venerit in linguas? vnde iſtud dedecus, in quo
Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis?

Ab antiquariis iſtis, quos poſtremis illis verſibus proſcripſit accuratiſſimus Rhetor. Quos vtinam non ſolùm Deæ Fatuæ ac Furinæ (furiarum notationem ſpecto) deuouiſſet Auguſtus; ſed Saturno & Orco, vbi cum Iano & Euandro ſermocinentur. Præclarè meo iudicio *Fauorinus* apud Agellium lib. 1. cap. 10. *Agel. l. 1. c. 10.* *adoleſcenti veterum verborum cupidiſſimo, & pleraſque voces nimis priſcas, & ignotiſſimas, in quotidianis communibuſq; ſermonibus exprométi, Curius, inquit, & Fabricius, & Coruncanius antiquiſſimi viri noſtri, & his antiquiores Horatij illi tergemini, planè ac dilucidè cum ſuis fabulati ſunt: neque Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelaſgorum, qui primi incoluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ*

verbis

erbis locuti ſunt. Tu autem perinde, quaſi cum ma-
·e Euandri nunc loquare, ſermone ab hinc multis
nnis iam diſſito veteris: quòd ſcire atque intellige-
: neminem vis, quæ dicas. Nonne, homo inepte, vt
uod vis abundè conſequaris, taceres? & paulò
oſt: *Viue ergo moribus præteritis, loquere verbis*
ræſentibus. Nec minùs acutè & verè Demo-
ax, ἑνὶ ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ, καὶ ὑπερ-
·ττικῶς ἀποκρεθέντι, ἐγὼ μέν σε, ἔφη, ὦ ἑταῖρε,
ῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι, ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀ-
οκρίνῃ. *Cùm aliquando quendam ſuper oratione*
uadam interrogaſſet, illeque plus quàm Atticè re-
ſpondiſſet: Ego quidem, inquit, amice, nunc te rogaui;
u verò mihi, quaſi Agamemnone regnante reſpon-
iſti. Vix vlli certè opportuniùs facetias ſuas
c ſarcaſmos impendiſſe mihi videtur Lucia- *Lucianus.*
us, quàm hiſce ſepulcrorum effoſſoribus,
ui cum laruis & lemuribus contubernium
erentur, dum demortua verba loquuntur,
c quæ Numæ aut Seruij cineribus ſquale-
cunt. Pauca iuuat excerpere, quibus ὑμήτιον
cilicet σῶμα inſulſiſſimorum hominum non
ifficile fuerit agnoſcere. Latinè dabo: ne
uid addam quod faſtidium augeat. *Deinde*
bi obſoleta & peregrina verba, raroque ab antiquis
ſitata collegeris, hæc expeditè in eos, cum quibus
onuerſaris, eiaculare. Ita enim te populus ille ma-
nus venerabitur, & admirandum ſuſpiciet. Do-
trinam itaque quæ ipſorum ſuperat intellectum,
xpertam, tanquam experitiâ habitam nomina-

E *bis:*

bis: BATTVBATA, *nugatoria : pro valdè dites* ANTIGERIO:*pro citò,* TOPER:*pro beſtiæ ſimilẽ,* BELVTVM. Quid vlteriùs progrediar? ſatis ineptiarum & inſicetiarum eſt. Finem facio, atque illud ex præcedentibus colligo: vitium eſſe quàm maximum cadauerosis verbis ac propè carioſis & putentibus aliorum aures, ſi fas ſit dicere, funeſtare, quæ lætum quid & hilare requirunt, viuidum ac vegetum; non nullam tamen virtutem eſſe interdum à diuis illis manibus mutuum quid ſumere, quo ſacratior habeatur oratio. Quemadmodum enim effuſæ prodigalitatis vitium qui declinat, non ſatis ſapienter in auaritiæ ſordes ſe demergit: ita dum antiqui eſſe nolumus, id cauendum neceſſariò, ne tabernaria tantùm verba amplectamur, & quaſi delicias noſtras exoſculemur. Seriò profectò ſeriò cauere & proſpicere debent, quorum diſciplinæ pueri concrediti, vt ad ſacratiſſimum Suadæ templum pueri paulatim ducantur, illud vt aſperè rigideque ſeruetur, quod Quintilianus

Quint. inculcat. Ne quis pueros antiquitatis nimius admirator, in Gracchorum Catoniſque & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit: fient enim horridi & ieiuni.

CAPVT VIII.

De verbis nouis & recèns formatis.

IT ſi quis Falerno vino delectatur, non adeò nouum tamen probabit, vt è lacu uidum illud hauriat: nec ita vetus, vt vel pimianum, vel Anitianum requirat (nec im nimia vetuſtas, aut nouitas habet eam uitatem, quam velit) ſed quandam mode-ionem ſequetur: ſic in Latinâ linguâ rem iabere cenſeo: neque obſoletam vetuſta-n repetendam, neque recentiorem loquē-formam arripiendam eſſe. Illud iam con-ouerſum remanet, quænam ea recentia ap-llari debeant. Quidam omnia, quæ poſt ceronis æuum nata ſunt, ver ſacrum eſſe lunt: alij nec ea quidem admittunt, quæ ipſius Ciceronis ſinu adoleuerunt: non uci quidquid ad Conſtantinum, vel vlte-s etiam lucem vidit, nō adſpernantur. Mi-ea ſecuriſſima ſemper habita ſunt, & anti-ioris quaſi ſtemmatis, ac ingenuæ proſa-e, quæ vſque ad obitum Auguſti ſtirpem erre poſſunt. Ab eo enim tempore temera-quædam Græculorum libido caſtum & emeratum Latini ſermonis pudorem pau-im corrumpere cœpit liberiùs, & Galli, A-, tota denique barbaries non mores ſolū-odo, ſed multas etiā voces Vrbi intulerunt

nothas & ſpurias, donec omnis tandem Romani ſermonis caſtimonia ſub Gothis & VVandalis peſſum abiit. Quod Fulgentij verbis deplorare iuuat: *Noſtri*, inquit, *temporis ærumnoſa miſeria, non dicendi ſtudium, ſed viuendi flet ergaſtulum: nec famæ aſsiſtendum poëticæ, ſed fami conſulendum domeſticæ.* Hæc cùm ita ſeſe habeant, ſecuriſſima quidē iudico, quæ aureo Octauiani principis ſæculo floruerunt: tum verò ea, quæ proximè ad hoc ſęculum natales ſuos referre poſſunt. Itaque, quamuis Meſſala primus *Reatu* dixerit, *Munerarium* Auguſtus, quamuis Quintiliani præceptores dubitarint, *Piratica* ne diceretur, vt Muſica & Fabrica; non dubitabo eadem vſurpare, vbi res poſtulauerit, neque ea, quæ Quintilianus deinceps refert: cuius verba dare malo, quā mutare. FAVOREM, inquit, *&* VRBANVM *Cicero noua credit. Nam & in epiſtola ad Brutum, Eum, inquit, amorē, & eum (vt hoc verbo vtar) fauorem in conſilium aduocabo. Et ad Appium Pulcrum, Te hominem non ſolùm ſapientem, verùm etiam (vt nunc loquuntur) vrbanum. Idem putat à Terentio primum dictum eſſe* OBSEQVIVM. *Cæcilius ad Siſennam,* ALBENTI CÆLO: CERVICEM *videtur Hortenſius primus dixiſſe. nam veteres pluraliter appellabant. Audendum itaque. Neque enim accedo Celſo, qui ab oratore verba fingi vetat. Nam cùm ſint eorum alia, (vt dicit Cicero) natiua; id eſt, quæ ſignificata ſunt primo ſenſu: alia reperta, quæ ex his facta*

Fulgen.

l. 8. c. 3.

Cic. ad Brut.

Cic. ad App.

facta ſunt; vt iam nobis ponere alia, quàm quæ illi rudes homines primiq́; fecerunt, fas non ſit; at deriuare, flectere, coniungere, quod natis poſtea conceſſum eſt, quando deſiit licere? Etiamſi, inquies, fingere permittis? Quid enim ni?

Licuit, ſemperq́; licebit
Signatum præſente notâ producere nomen.

At non cuiuis: non puero, non pubeſcenti primùm, non tironi, non rudi; dum necdum prudenter, quid liceat, quid deceat iudicare poſſunt: ſed docto & ſolerti, & cui mens latinitate ſubacta, cui lingua non tincta leuiter, ſed Romano fonte largiùs imbuta. Huic cur non liceat?

Ego cur acquirere pauca
Si poſſum, inuideor; cùm lingua Catonis, & Ennî
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit?

Quidquid alij cauillentur, Ciceronem habeo patronum. in verbis ille fingendis lib. 3. de Oratore, & in Partitionibus quid obſeruandum præceptis nos inſtruit; ſuo verò exemplo preit lib. 3. de Orat. lib. 1. Academic. & lib. 3. de Finibus, lib. 2. de Legibus, de Vniuerſitate; Quintilianum lib. 8. cap. 3. Horatium & alios. Quod cùm ita ſit, non tantùm *qualitas* & *comprehenſibilia*, ex 2. Academ. vel *mulieroſitas*, 4. Tuſc. vel *anticipatio, prænotio*, 1. de Natura deorum; vel *beatitas* & *beatitudo*, in eodem lib. vel *acerualis* lib. 2. de Diuinatione

à Cicerone formata, in oratione vſurpare deforme non arbitror, aut ea, quæ Quintilianus amplectitur, aut quæ apud Horatium legimus (qui vnus plura criticorum iudicio, quàm ceteri omnes innouauit;) ſed ſuo etiam iure hanc ſiluam velut publicam ingredi, & non radices quidem nouas ſerere, ſed antiquis velut ſtirpibus oculos inſerere, vnde noui ſurculi effloreſcant, cuilibet conceſſum autumo, dummodo ſobriè & prudenter hoc in negotio verſetur, nec impiouidè nimis ac tumultuosè rem gerat. Cauendum enim, ne, cùm ditiorem atque opulentiorem orationem eſſe cupimus, innocentiam ſuam perdat & verecundiam. Non igitur efformandæ voces fœdæ, immundæ, ſtridulæ, hiulcæ, barbaræ, quæque expurgatiores auditorum aures offendant; ſed nitidæ, liberales, candidæ & virgineæ; eæ præſertim, quas neceſſitas excuſet, vel vis quædam ſingularis ac pondus, & dignitas ſua commendet aut grauitas. Nihil igitur leuiter hîc fiat, aut nimis petulanter: ne Varronis in nos incurrat oratio: *Tantum inter duos ſenſus intereſſe volunt, vt oculis ſemper aliquas figuras ſupellectilis nouas requirant; contrà aures expertes eſſe velint? Quotuſquiſque iam ſeruos habet priſcis nominibus? quæ mulier ſuum inſtrumentum veſtis atque auri veteribus vocabulis appellat? Sed inductis non tam illis iraſcendum, quàm huiuſce prauitatis patronis.*

Varro.

Et

Et ſi quid periculoſum finxiſſe videbimur, quibuſ-dam remediis præmuniẽdum eſt: Vt ita dicam: Si licet dicere: Quodãmodo: Permitte mihi ſic. Quibus hec Ciceronem vti piguit. In Bruto: *Commentabar declamitans (ſic enim nunc loquuntur.)* De mũdo: *Vt in ſingulis eſſent bina media: (vix enim audeo dicere Medietates: ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur)* Li. 2. de Finibus bonorum & malorum: *Num propterea idem voluptas eſt, quod (vt ita dicam) indolentia?* Li. 1. Tuſculanarum: *Omne pronuntiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit, vt appellem ἀξίωμα: vtar pòſt alio, ſi inuenero melius.)* In Topicis: *Multa enim ex notatione ſumuntur: ea eſt autem cùm ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id eſt verbum ex verbo, veriloquium.* Fuſiùs à me hæc ſunt explicata, vt retundatur eorum importuna calumnia, qui Ciceronem in verbis aut veteribus & propè emortuis, ad vitam quodammodo reuocandis, aut in nouis gignendis ac procreandis nimis liberum & exlegem fuiſſe blacterare ſolent. Quin imò auctore Agellio non nullis, quorum frequens vſus (vt ſunt *nouiſſimus* & *nouiſſimè*) abſtinuiſſe videtur: quoniam qui doctiſſimus eorum temporum fuerat Ælius, illo vt nouo & improbo verbo vti vetauerat. Quid verò illud, cuius iudicii fuit, dũ Antonius ad grammaticam quaſi ferulam reuocatur, tot armatarum legionum armis ad terrorem omnium incin-

Quint. lib. 8. c. cit.

In Bruto.

Cic. l. 2. de Fin.

Agel l. 10. c. 21.

Cicero Philip. ctus, quòd *pijſſimus* dixiſſet? Cicero Philipp. *Tu verò ne pios quidem, ſed pijſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in linguá Latiná eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis?* Sic igitur ſtatuo effrænem eorum licentiam iure coërcendam, qui ſibi quidlibet hac in re fas eſſe arbitrantur: non tollendum tamen ius illud, quod ratio, quod vſus, quod natura conceſſit. Age enim, quid ſi, quod non rarò fit, res aliqua noua, quam non omne Latium, non quotquot olim Latinæ linguæ ſcientiſſimi, non dicam oculis, ſed vel cogitatione vſurpare potuit, ſi res inquam talis ex abditis emergat latebris, vel ex remotiſſimis tandem regionibus per ignotiſſimas huc vſque gentes proferatur, quo nomine illam afficies? Non recepto aliquo; nullum enim eſt: ergo nouum vt ingenioſè fingas neceſſe eſt. Pla-
Quint. cet igitur Quintiliani decretum: *Vſitatis tutiùs vtimur; noua non ſine quodam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt, modicam laudem afferunt orationi: repudiata etiam in iocos exeunt.* Auden-
Cicero. dum tamen. Namque, vt Cicero ait, *etiam quæ primò dura viſa ſunt, vſu molliuntur.* Audendum: ſed maiori licentiâ poëtis quàm oratoribus: poëtis inprimis comicis, & ſatyricis. Quibus etiam laudi & gloriæ duci ſolet, aliquid audacter vel reperiſſe, vel accerſiſſe: quo aut oblectent amœniùs, aut vitia carpant acriùs. Quod Plautum inter comicos, inter

Digitized by Google

nter ſatyricos Horatium ambos ſcriptis ſuis ſuperſtites egregiè præſtitiſſe videmus.

CAPVT IX.

De verbis odioſis, & ſordidis.

NOn omnia nos quidem vetera ad Libitinam condemnamus, vt perpetui ſilenij buſto ſepeliantur; nec noua omnia, vt na-ſcentia primùm è terrâ leuentur & educentur, tanquam ingenua, vindicare conati ſumus. Vtrumque enim, quæ requiritur in dicendo copia cum nitore coniuncta, ſuo iure, procul iubet faceſſere. Iam verò omnia, quæ huius capitis titulo auctorata ſunt, quæque obſcura, obſoleta, inſolentia vulgò dicuntur, à Agellio ſordentia, maculantia, à Luciano ἐπιπηλικά, verè inepta & odioſa verba, è medio tollenda prorſus omnia, vel in exilium trudenda iudicamus, vt apud Quados & Marcomannos & Sarmatas inter cætera & horrentia & ſtridentia frigore verba domicilium figant. Quorum vt genus vniuerſum meliùs cognoſcatis, Agellium producam lib. 16. cap. 7. De Laberio loquitur: *Neque non obſoleta quoque & maculantia ex ſordidiore vulgi vſu ponit; quale eſt in Staminariis:* *Agell. l. 16. c. 7.*

Tollet bonâ fide vos Orcus nudas in Catomium.

ELVTRIARE LINTEA, & LABANDRIA

 dicit,

dicit, quæ ad lauandum ſint data, & COICIOR, *inquit, in fullonicam.*

Ecquid properas, ecquid præcurris CALDONIA? *Item in Reſtione,* CALABARRIVNCVLOS *dicit, quos vulgus Calabarriones.*

Item in Compitalibus, MALAS MALAXAVI. *Item in Cacamemnone:*

Hic eſt, inquit, ille GVRDVS, *quem ego*
Me abhinc duos menſes ex Africâ
Venientem excepiſſe tibi narraui.

Item in Mimo, qui inſcribitur Naca, CIPPVM *dicit &* OBBAM, *&* CAMELLIAM, *&* PICTACIVM, *&* CAPITIVM. *Præterea in Anna Perenna,* GVBERNIVM *pro gubernatore, &* PLANVM *pro ſycophanta, &* NANVM *pro pumilione dicit. Quanquam* PLANVM *pro ſycophantâ M. quoque Cicero in oratione ſcriptum reliquit, quam pro Cluentio dixit. Atque item in Mimo, qui Saturnalia inſcriptus eſt,* BOTVLVM *pro farcimine appellat, &* HOMINEM LEVENNAM, *pro leui. Item in Necromantiâ* COCIONEM *peruulgatè dicit, quem veteres* ARVLATOREM *dixere.* Hæc vobis Agellius dedit, ex quibus fruſtrà nonnulla nimis acerbè caſtigat, & planè enecta cupit: non facilè tamen obtinebit, vt *planum* prorſus interimat; Cicero, vt fatetur, vſus eſt: aut *obbam*; Perſius ſibi vindicias penes libertaté poſtulat. Nulli tamen non ſatis hinc lucis, vt videre nequeat, quænam verba lege noſtrâ proſcribantur.

bantur. Eadem, quæ Cicero proſcribit in Bruto, dum vnum inſtar omnium exagitat. *Siſenna autem quaſi vſitati ſermonis emendator cùm eſſe vellet, ne à Caio quidem Ruſcio deterreri potuit, quo minùs inuſitatis verbis vteretur. Quidnam iſtuc eſt, inquit Brutus, aut quis iſte eſt C. Ruſcius? Et ille, Fuit accuſator, inquit, vetus, quo accuſante Chirtilium, Siſenna defendens dixit, quædam eius* SPVTATILICA *eſſe crimina. Tum C. Ruſcius, Circumuenior, inquit, iudices, niſi ſubuenitis. Siſenna, quid dicas neſcio: metuo inſidias. Sputatilica, quid hoc? ſputa quid ſit ſcio, Tilica neſcio. Maximi riſus. Sed ipſe tamen meus familiaris rectè putabat eſſe inuſitatè loqui.* Diſplicuit hoc verbũ; quia inuſitatum: addo; quia & ſordidum. Ita plerumque quod non illuſtrium virorum vſu niteſcit, ſordes contrahit vel inter olidas officinas, vel inter priſcorum parietinas, & ruderata primorum illorum paſtoriæ gentis hominum mapalia. Riſum hęc mouet. In ſimili cauſidico nõ abſimile quid narrat Agellius: quem quoniam ſemel arripui, necdum dimittere viſum eſt. Cõmodus enim huic loco occurrit; ſi quis alius: *Romæ nobis præſentibus, vetus celebratuſq; homo in cauſſis; ſed repentinâ & quaſi tumultuariâ doctrinâ præditus, cũ apud præfectũ vrbis verba faceret, & dicere vellet, inopi quendã miſeroq; victu viuere, & furfureũ panẽ eſitare, vinũq; eructũ & fœtidũ potare: Hic, inquit, eques Romanus* APLVDAM *edit, &* FLOCES *bibit.*

In Bruto.

Agell. l. 11. c. 7.

bibit. Adſpexerunt omnes qui aderant, alius alium, primò triſtiores turbato & requirente vultu, quidnam illud vtriuſque verbi foret. Pòſt deinde, quaſi neſcio quid Thuſcè aut Gallicè dixiſſet, vniuerſi riſerunt. Legerat autem ille APLVDAM *veteres ruſticos frumenti furfurem dixiſſe: idq́; à Plauto in Comœdia (ſi ea Plauti eſt) quæ Aſtraba inſcripta eſt, poſitum eſſe. Item* FLOCES *audierat priſcâ voce ſignificare vini fæcem è vinaceis expreſſam: ſicuti* FRACES *ex oleis. Idq́; apud Cæcilium ἐν πωλȣμένοις legerat, eaq́; ſibi duo verba ad orationum ornamenta ſeruauerat.* Hæc auctoris verba ſunt: addit deinde & alterum non minùs lepidum facinus, quo cauſidicus neſcio quis ſeriò in re ſeriâ *bouinator* ter quater magnâ voce cùm inclamaſſet, à coronâ circumſtantium exploſus, & rudenti ſibilo vexatus, vt Ciceronis vtar voce, iactans ſe & geſtiens (mores agnoſce noſtrorum troſſulorum) *Nō enim Lucilium,* inquit, *legiſtis, qui tergiuerſatorem, Bouinatorem dicit.* Addit Agellius: *Eſt au-*

Lucil. *tem in Lucilio vndecimo verſus hic:*

Hic ſtrigoſus, bouinatorq́; ore improbo durus.

Quod olim cacoëthes, hoc & nuper & ſannis & ſarcaſmis explodi meruit. An non priori ſæculo omnis illa ſecta *ferruminatores* vocati ſunt, quòd Hermolaus Barbarus verbum illud frequentiùs vſurpaſſet? Molliùs pro cauſſâ & controuerſiâ, pro re ac veritate

Polit. ſatis clarè Politianus ad Bartholomæum Scalam;

am:*Et tu mihi,*inquit, *ſuperioribus diebus aper-è dixiſti, & abs te auditum mihi retulerunt, non lacere genus ſcribendi meum: propterea, quòd ad-cita nimiùm verba, & remota conſecter: me quo-ue eſſe quendam (ſic enim ſoletis dicere) ferrumi-atorem. Vox enim hæc apud te ſignificare iam diu œpit eum, qui verbis iſtis paulò minùs vulgatis v-eretur. Nam Hermolaum Barbarum, quaſi per ocum, vocare Ferruminatorem ſoles, vt audio, quia erbum fortaſſe iſtud aliquoties ille vſurpauiſſet.* Non impolitè quidem Politianus: atque vti-iam tam ipſe alios excuſare verè potuiſſet, uàm remotus à grauiori noxâ & flagitio uit! Demus ſanè verbum illud Plinio no-um, vel vnum aliquod minùs notum in a-iorum ſocietatem coire poſſe; cauendum amen ne gregatim profana illa in ſacra elo-uentiæ adyta irrumpant: ne profana paſſim niſceantur ſacris, & omnis peſſum eat ora-ionis ſanctimonia. Cui non tantùm exitium noliuntur illi tetrici abſurdarum vocum a-natores; verùm & illi, qui non iſta quidem ectantur obſcuriora, ſed vilia, proiecta, pro-rita vel admittunt venientia, vel etiam ve-ecundantia, ſi fas dicere, aut inuitant, aut nuita adeſſe cogunt. Iam omnino Politiani artibus faueo. *Etenim ſi quæ cuique obuia ſunt, a tãtùm noſter ſermo recipiat, nullâ magis, quàm abellionum linguâ vtetur.* Præclarè pro meâ & Politiani ſententiâ Quintilianus: *Conſtituen-* Quint.

dum

dum imprimis quid ſit, quod conſuetudinem vocemus. Quæ ſi ex eo, quod plures faciunt, nomen accipiat, periculoſum dabit præceptum, non orationi modò, ſed, quod maius eſt, vitæ. Vnde enim tantum boni, vt pluribus, quæ recta ſunt, placeant? Igitur, vt velli, & comas in gradus frangere, & in balneis perpotare, quamlibet hæc inuaſerint ciuitatem, non erit conſuetudo: quia nihil horum caret reprehenſione: at lauamus & tondemus & conuiuimus ex conſuetudine. Sic in loquendo, non ſi quid vitioſè multis inſederit, pro regula ſermonis accipiendum eſt. Nam, vt tranſeam, quemadmodum vulgò imperiti loquuntur, tota ſæpè theatra, & omnem circi turbam exclamaſſe barbarè ſcimus. Ergo conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum: ſicut viuendi, conſenſum bonorum. Quid iam illi, qui auctoritati ſuæ aliquid abrogatum arbitrantur, ſi quid ſtudij in limandâ & perpoliendâ oratione poſitum ab ijs eſſe videatur? Dedecet nempe Theologos, Philoſophoſque ſapientiæ grauioriſque ſcientiæ ſtudioſos verba indagare, aucupari ſyllabas, & circa pigmenta ac fucum ceteraque aurium lenocinia tempus conſumere: non inficior; ſed rogatos velim, an auguſtiſſimam vtramuis ſcientiam, verba ſitu ſenta, de Cloacinæ gremio, de ſinu Stercutij (dabitis veniam: in tantis enim ſordibus pudenter, ſed integrè explicandis, quibus aliis vtar dictionibus non reperio) olida & fœtida non de-

de-

eceant? Nulla tanta rerum grauitas & di-nitas eſt, quæ lurorem & pœdorem oratio-is commendare poſſit. Præclarè Cicero: Cic. l. 3. de Orat. *Iam cùm omnis ex re atque verbis conſtet oratio: eque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxe-is: neque res lumen, ſi verba ſemoueris.* Verùm ni-iis à viâ digreſſus ſum, ad eos veniamus, qui uod in omnibus reprehendunt, ac creber-mis verberant conuitijs, ne ipſi quidem uitare poſſiint, aut volunt. ad barbaros in-uam veniamus.

CAPVT X.

De verbis peregrinis & barbaris.

REſtat denique, vt de verbis barbaris di-cam pauca: neque enim multis opus. Quis tam barbarus, vt barbaris patrocinari elit? Irrumpunt tamen interdum, quanta-unque induſtriâ vias omnes obſederint ſcri-tores, irrumpunt, inquam, aut aliorum ino-iâ in ſubſidium aduocantur. Itaque quod n oratione facillimum eſſe videtur, barbaris arere verbis, id factum eſt omnium difficil-mum. nec quidquam in hac commentatio-e tam reformido, quàm hunc actum age-e. Agam tamen, non velut in ſcenâ Roſcius, quo ſpectante geſtum facere, eius

eius erat hominis, cui aut perfrictum os, aut nullum; ſed vt vnus aliquis, qui ſpectator eſſe mallet, & alios ad agendum inuitat. Primum iſtud conſidero, quædam barbara quidem eſſe naturâ, ſed priuilegio, & maiorum beneficio togam induiſſe, quædam nefariè admodum & ſceleroſè in cenſorias tabulas irrepere conata. Quod quidem cùm omni procul dubio certiſſimum ſit, incertiſſimum tamen relinquitur, quænam iſta ſint, quibus Romæ fas degere, quibus nefas. Nec iſtud quidem ſatis manifeſtum in dubiis, quod ad tribunal diem illis dicamus, cauſſam peroremus. Implexa omnia & intricata, in controuerſiarum, ſi dicere liceat, ſenticetis deliteſcunt. Nec illa ipſa vox, quâ hoc vitium proditur, ſatis tuta eſt & ſecura. Agellius illi pe-
Agel. l. riculum creat lib. 13. cap. 6. *Itaque id vocabu-*
13. c. 6. *lum, quod dicitur vulgò barbariſmus, qui ante D. Auguſti ætatem purè atque integrè locuti ſunt, an dixerint, nondum equidem inueni.* Mitior hîc
Idem l. eſt accuſator, alibi atrocior, lib. 5. cap. 20. *Ne-*
5. c. 20. *que Solœciſmum, neque Barbariſmum apud Græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam ſicut* βάρβαρον, *ita* σόλοικον *dixerunt. Noſtri quoque antiquiores Solœcum facilè, Solœciſmum haud ſcio an vnquam dixerint.* Quòd ſi ita eſt, neque in Græco, neque in Latino Solœciſmus probè dici-
Quint. tur. Agellium audio? obturbat Quintilianus, qui vocem illam liberè vſurpat. Quin imò

Agellio

Digitized by Google

Agellio crura ſuffringit auctor ad Herenniũ lib. 4. quem multi Ciceronem eſſe voluerunt. Quibus aſſentiri non poſſum. Neque enim tam ferreâ fronte; & plumbeo corde Agellius, vt ea diceret, ſi tum auctor iſte in doctorum manibus verſatus eſſet, & non in diuorum genibus iacuiſſet, ſuo fato proditurus. Cui etiam mulctam dicerem, quòd in alienam ſe familiam intruſerit, niſi ipſum mulctæ nomen perhorreſcerem. Agellius lib. 11. c. 1. *Vocabulum autem ipſum* MVLCTÆ, *idem M. Varro in 19. rerum humanarũ, nõ Latinum; ſed Sabinum eſſe dicit. Idq; ad ſuam memoriam manſiſſe ait in lingua Samnitium, qui ſunt à Sabinis orti.* Quid plura? Quintilianus tandem adſit, & quaſi ſub ſignis copias ducat: *Vnum barbariſmi genus,* inquit, *gente. Quale ſit ſi quis Afrũ, vel Hiſpanum Latinæ orationi nomen inſerat: vt ferrum quo rotæ vinciuntur, dici ſolet* CANTHVS: *quanquam eo, tanquam recepto vtitur Perſius: ſicut Catullus* PLOXENVM *circa Padum inuenit: & in oratione Labieni, ſiue illa Cornelij Galli eſt, in Pollionem* CASNAR *aſſectator è Galliâ ductum eſt. Nam* MASTRVGAM, *quod Sardum eſt, illudens Cicero ex induſtriâ dixit.* Hæc ille circa lib. 1. cap. 5. initium: circa finem verò idem ipſe: *Peregrina porro ex omnibus propè dixerim gentibus, vt homines, vt inſtituta etiam multa venerunt. Taceo de Tuſcis, & Sabinis, & Prænestinis quoque: nam vt eorum ſermone vtentem Vectium Lucilius*

Ad Heren. l. 4.

Agel. l. 11. c. 1.

Quint. l. 1. c. 5.

Pro Scauro & de prouinciis cõſularibus.

 inſe-

inſectatur: quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio patauinitatem: licet omnia Italica pro Romanis habeam. Plurima Gallica valuerunt, vt RHEDA, *&* PETORITVM: *quorum altero Cicero tamen, altero Horatius vtitur.Et* MAPPAM *quoque vſitatum circo nomen Pœni ſibi vendicant; &* GVRDOS, *quos pro ſtolidis accipit vulgus; ex Hiſpaniâ duxiſſe originem audiui. Sed hæc diuiſio mea ad Græcum ſermonem præcipuè pertinet: nam & maximâ ex parte Romanus inde conuerſus eſt, & confeßis quoque Græcis vtimur verbis, vbi noſtra deſunt: ſicut illi à nobis nonnunquam mutuantur.* Mirentur iam tandem, & indignentur Ciceroniani noſtri, multa nos verba apud doctiores etiam atque adſtrictiores reperire, quæ nec in Ciceronis indice apud Nizolium, nec in alijs huiuſmodi Theſauris reperiri poſsũt. Verùm cùm alibi de Ciceronis vocibus diſceptandum ſit; id modò pro ſententiâ dictum cupio: barbara illa, quæ antiqui iure Latij donarunt, ſic demum eo frui poſſe; ſi lex ab ijs lata, penes quos auctoritas: ſi non antiquata & refixa fuerit. Atque id maximè expendendum: an vni alicui occaſioni opportunè & congruè alienum vocabulum quaſi proprium ſolers & ſubtilis auctor conceſſerit: an neceſſitatis potiùs, quàm vrbanitatis gratiâ publici iuris fecerit. Hoc enim caſu publicum eſſe nihil vetat; aliàs verò aut eâdem, aut conſimili de cauſſâ accerſendũ,

aut

t nec admittẽdum quidem omnino. Quâ-
.m autem in auctoritate illa haberi debeát,
ię honorum gradus diſtinguere & adſigna-
ſolent vulgò, quæque priſcam interea di-
iplinam ac facundiam de gradu non rarò
iiciunt, ambigere interdum ſoleo. Profa-
ıs quidam, quem honoris cauſſâ taceo,
ultum illis honoris impertit: & has omnes
ctiones inter legitimas numerari præcipit: *Ramus in Ciceroniano.*
pa, Cardinalis, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas,
onachus, Presbyter, Diaconus, & eiuſmodi infi-
tã, quæ religioni noſtræ deſeruire ſolent.
em *Conneſtablus, Admirallus, Dux, Comes, Mar-*
io, Baro, Cancellarius, Parlamentũ, Præſes, Con-
iarius, Aduocatus, Procurator. Quæ quidem
nnia nec reiicere poſſumus, cùm nonnulla,
.dem olim ſignificatione, quâ modò, purè
ıtè Latinâ ſunt: nec omnia tamen tutò ad-
itti poſſe videntur: quæ putida ſatis & ran-
da & velut eructa ſuo ſe colore produnt.
æc vna inter reliquas via eſt, quâ ſe barba-
es inſinuat, ambitioſa aſſentatio, & titulo-
m honorumque ac magiſtratuum noua ap-
llatio. Quod in Ammiano Marcellino ne-
o non clariſſimè intuetur. Illum itaque
ioſque, in has ſimilesúe ſalebras abruptè
æcipites ſubſequi non ſuaſerim; neque ta-
en ita perſiſtere velim in antiquorum velut
bitâ, vt non aliquantulum, pro temporum
orumque ratione deflectam: denique re-

ligionem ſemper probaui; non ſuperſtitionem. Id ſanè crebrò vſu venire neceſſum eſt, vt à quibus res ipſas accipis, eorum vſurpes etiam voces: & paucis datum eſt, atque id in paucis, quod recèns nouiſſe incipis, veteri explicare verbo. Nec ſatis ſtatuere poſſum, an eâ occaſione fingere vocabulum expediat noſtrum, an alienum admittere. Fingere omnino malim, vbi id bellè & venuſtè fieri poteſt: id fieri ſi non poſſit, malo adoptare alienum, quàm monſtrum gignere. Id omnibus in gentibus omni tempore probatum fuit. Vnde illa linguarum propè omnium permixta verba, interdum quidem non nihil deflexa, ſed quæ originem ſuam eiurare non poſſint, & alienam mentiri. Cauendum tamen ſeriò, ne qui ſupra vulgus ſapiunt, & poſteritatis memoriæ ſe ſuaque conſecrata deſiderant, nimis diſcinctè hac in palæſtrâ verſentur. Quis credat, poſt quinquaginta circiter annos fœdus Carthaginienſe à Romanis romanè conſcriptum, nec Romanos quidem intelligere potuiſſe? Vt Polybio non credas aſſerenti, credes certè, ſi ex hiſtoriâ Nitardi, alterius fœderis rudera contempleris, vbi Ludouicus Romanâ ſuâ linguâ ſic pactum ſacroſanctè confirmat: *Pro dõ amur, & pro Chriſtian poblo, & noſtro comun ſaluament, diſt di en auant, in quant Dios ſauir, & prodir me dunat, ſi ſaluarai eo ciſt meon fradre*

Nitardus.

dre Karlo & in adiudha, & in cadhuna coſa, ſi cum om pdreit ſon frada ſaluar diſt ino quid il mi altre ſi fazet, & abludher nul plaid nunquam prindrai, qui meon vol eiſſ meon fradre Karlo in damno ſit.

CAPVT XI.

De verbis ſententiiſq́; Græcis.

CVm barbaris vbi debellaſſem, nullum mihi præterea bellum fore reliquum arbitrabar, ſed opinio me mea fefellit: Græci mouent, & imperij partem aliquam inuadere conantur. Quem illis ducem opponemus? Quamuis Cicero Romanorum ſuorum plus æquo amantior, & doctrinæ atque induſtriæ ſuæ iactantior Græcorum interdum in verbis penuriam vel irrideat vel ſugillet acerbiùs; ſæpè tamen cogitur ad eorundem opes confugere, & inde mutuum ſumere, quo commentationes ſuas adornet & inſtruat. Ille ille, qui libro ſecundo de Oratore circa vocem *Ineptus* tam dicax eſt, &, vt quibuſdam placet, tam inurbanè ineptit his verbis: *Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non ſit aptus: idq́; ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet.* Cic. 2. de Orat.

Nam qui aut tempus quid poſtulet, non videt: aut plura loquitur: aut ſe oſtentat: aut eorum, quibuſcum eſt, vel dignitatis vel commodi rationem non habet: aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus aut multus eſt, is Ineptus eſſe dicitur. Hoc vitio cumulata eſt eruditiſſima illa Græcorum natio. Itaque, quòd vim huius mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio impoſuerunt. Vt enim quæras omnia; quomodo Græci Ineptum appellent, non reperies. Idem ille qui Tuſculanarum ſecundo, quòd vnâ eademque voce *laborem* & *dolorem* efferant Græci, exclamat: *O verborum inops interdum, quibus abundare te ſemper putas, Græcia! Aliud eſt, inquam, dolere, aliud laborare.* Ille omnis facundiæ atque eloquentiæ Apollo Pythius, non tantùm omni doctrinâ à Græcis Romanos ſuperari; ab iiſdem ad Romanos humanitatem cum litteris adueniſſe fateri cogitur; ſed longè etiam Græcorum linguam Romanâ longè copioſiorem eſſe inficiari non poteſt. Ex quo fonte illa profluunt, non admodum liberaliter conceſſa, ſed neceſſariò: *Quanquam ea verba, quibus ex inſtituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipſa Philoſophia, vt Rhetorica, Dialectica, Grãmatica, Geometria, Muſica, quanquam latinè ea dici poterant, tamen quoniam vſu recepta ſunt, noſtra ducamus.* Eodem quoque libro non magno interuallo: *Equidem ſoleo etiam, quod vno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluribus verbis exponere. Et tamen puto*

Cicero Tuſc. 2.

De Finibus bon. & mal. lib. 3.

ro concedi nobis oportere, vt Græco verbo vtamur, ſi quando minùs occurret Latinum, ne hoc ephippiis, & acratophoris potiùs; quàm proëgmenis, & apoproëgmenis concedatur. Quanquam hæc quidem Præpoſita rectè & Reiecta dicere licebit. Non ego hîc quidem Ciceroni iniurius eſſe cupio, aut eum vllo modo reprehendere vel contemnere. Quin imò eius auctoritate id confirmare deſidero, omnibus conceſſum, ſiquando minùs concinnè euitari poteſt, vt Græcâ potiùs voce rem exprimant diſertè, quàm explicare negligant. Procul abſit à me, quod à ratione procul abeſſe reor, vt Tiberij factum probem, quod Suetonius enarrat, cap.7. *Sermone Græco, quãquam aliàs promptus & facilis, non tamen vſquequaque vſus eſt; abſtinuitq; maximè in ſenatu: adeò quidem, vt* MONOPOLIVM *nominaturus, priùs veniam poſtularit, quòd ſibi verbo peregrino vtendum eſſet, atque etiam in quodam decreto patrum, cùm* ἐμβλημα *recitaretur, commutandam cenſuit vocem, & pro peregrinâ noſtratem requirendam: aut, ſi non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enuntiandam.* Prudentiùs & anterior Plautus, & Plinius poſterior tam ſcrupeâ viâ orationem ſuam ire noluerunt. Concedamus illa myſteria Tiberio, cui maius nefas fuit vnam vocem in ciuitatem admittere, quàm tot optimates, florem nobilitatis, lumen curiæ, nõ tantùm in exilium mittere, ſed etiam trucu-

Sueton. cap. 71.

lentiſſimè excarnificatos nullo iudicio, nullo iure, per ſummum ſcelus perimere. Illius hoc ſit facinus: cuius & alia quàm plurima non minùs ridicularia. Dionem audite. *Tiberius ſtrenam à quibuſdam oblatam non accepit, eademq; de re edictum propoſuit, in quo voce non Latinâ vſus. Hoc ei cùm in mentem veniſſet noctu: vt erat elegantiæ in loquendo perquam diligens, omnes qui Latinæ linguæ proprietatem ſtudiosè obſeruarant, ad ſe vocauit. Ibi Ateio Capitone dicente, tametſi nemo ante eum iſto vocabulo vſus fuiſſet, nunc nihilominus in Tiberij gratiam inter antiqua referendum; Marcellus quidam ſubdidit, hominibus Cæſarem ciuitatem Romanam dare poſſe: verbis non poſſe.* O ſupercilium! o cerebrum! Quid hoc eſt aliud quàm euerſis naturæ legibus rem ipſam verbis in ſeruitutem dare, vt mancipia dominentur heris? Ego ſanè eorum viam ingrediens, qui meliores & ſapiẽtiores haberi ſolent, & non infimâ in claſſe cenſeri, hanc omnibus conceſſam facultatem puto; vt in Græcis verbis adoptandis, non tantùm neceſſitati famulentur aut vtilitati; ſed interdum etiam aliquid indulgeant venuſtati. Quinimò in familiari noſtro ſermone, quo ſenſa proferimus domeſtica, quo epiſtolas contex_imus, non ſeuerioris præſertim alicuius negotij interpretes, auſim etiam liberiùs apophthegmata, & gnomas, & facetias quaſdam ac ſales ſeu liberâ,

Dio.

ſeu

ſeu aſtrictâ numeris oratione intexere, dummodo ad eum mihi ſermo vel ſcriptio, qui talibus delectetur. Nihil verò magis inſulſum, & cachinnis dignum & ſannis, quàm iis Græca inculcare, ſeu verba, ſeu Poëtarum ac Philoſophorum monita, qui eius linguæ ignari penitus; præſertim ſi ad viros graues eant epiſtolæ, quos dum conciliare nobis volumus, reuereri debemus, Hoc enim quid aliud eſt quàm eorum inſcitiam accuſare, & ignauiam quaſi publicè exprobrare? Laudanda Ciceronis prudentia, qui duobus præſertim temporibus Græcis dictionibus familiariter vſus eſt. Tum primùm cùm Græcorum libris maiori neceſſitudine iungeretur: deinde cùm ad eos ſcribit, qui huiuſce ſermonis peramantes cenſerentur. Itaque poſt Pharſalicam pugnam, vbi à foro ſecedens ad Academiam, vel alia Philoſophorum gymnaſia ſeſe ſubduxit, & cum mortuis, quæ æternùm victura eſſent ſcripturus, aſſiduè verſabatur, dum Græca die noctuque volueret, (ſoli enim Græci inter Philoſophos lectione digni) quod delectabat, quod paſcebat, quod ſapiebat animo, id prodebat oratio.
xcuſat ſe epiſtolâ ad Cæſarem: *Genere nouo* Famil.
ım litterarum ad te vſus, vt intelligas non vulga- lib. 13.
m eſſe commendationem. Vir quidam doctus epiſt. 15.
iſtimat id factum, quòd Græca insereret,
n ſatis pro veterum more. Non vehemen-

ter repugno: ideò tamen factum arbitror, quòd præter rem, exiguâ in ſchedulâ, tantum abiret in præteriti temporis recordationem, non ſine philoſophico impetu, & ſacro quodam impulſu. Quod & illud præſertim metrum loquitur: *Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta* Ευριπίδου: Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Nihil enim mirum, nec quicquam incongruum, ſi ad Cæſarem ſcribens ex Græcis ſcriberet Græca, cùm eius linguæ ac ſtudij nec ignarus eſſet Cæſar, nec haberi vellet. Quidquid tamen hac de epiſtolâ arbitrentur alij: arripe ſi placet Ciceronem, & per immenſa illa litterarum volumina vagare liberiùs; id ſanè reperies, quod à me dictum eſt, tum eum Græca intexuiſſe plurima, dum Græcorum ſcriptis plurimùm inſiſteret, & Martis pertæſus ignaui, ad ſtrenuam ſe Palladem transferret. Alterum verò tempus fuit, cùm ad eos ſcriberet, qui vel Græci, vel cum Græcis ſtudiorum fœdere coniunctiſſimi, & ſapientiæ non in abdito ac cæco receſſu, ſed luce palam, & ſole coram ſtudium ſuum nauarent. Ad Atticum epiſtolæ in manibus ſunt. Plura ad eum græcè ſcripta, quàm ad cęteros omnes. Quid mirum? Atticus erat. Cùm tamen tam opportunè, tam ſcitè, cum Græcis commercium inſtitueret, id obtinere non potuit, quin *Græculi* appellatio eâ tempeſtate infame probrũ ipſius

Plut. in vita.

ipſius nomini tenaciùs hæreret. Qui Ciceronem deinde ſecuti, imprudentiùs & propè impudenter pergræcati ſunt. Nam cùm Græcorum plena eſſent omnĩa, deſiit eſſe pudori Græca noſſe. Cumq́; Græcorum more biberent & vomerent, Græcorum more & ſapere & loqui à ſe alienum eſſe non putauerunt. Auguſti epiſtolas legite, familiarem eiuſdem ſermonem excutite; non diffitebitur. Verba quædam ipſius nuper ſatis putida produximus: Græcum iis ſtemma eſt. Pro ſtulto *baceolum* dicebat. βάκηλος præter obſcœnam rem, ſtultum apud Græcos ſignificat. Heſychius: βάκηλος ὁ μέγας καὶ ἀνόητος. Si fortè *batcolus* legi malis; nec tunc quidem Græci ſuam vocem repetere deſinent. Et mirum eſt, ſi Græcis verbis delectaretur, qui ſacrum illud cogitationum ſuarum arcanum, Græcâ voce, & eâ quidem nouâ dedicauit. Suetonius c. 72. *Si quando quid ſecretò aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis, quem Syracuſas & τεχνόφυον vocabat.* Hoc eſt quod Varro incuſat, dum ait ſui temporis homines delicata villis nomina vſque inde è Græciâ petita imponere. Verùm longior hîc eſſe nolo. Ineptum eſt, quod non minori virtute ac voluptate tuis copiis inſtruere potes conuiuium, ex alieno penu adornare. Quam tamen inſaniam inſaniunt nunc etiam, qui vix Græcorum characteres efformare didicerunt,

Heſych.

Sueton. cap. 72.

cerunt, etiam qui neſciunt, etiam qui reprehendunt,

Si natura negat, facit indignatio verſum.

——— Omnia Græcè,

Iuuen. ſatyr. 6. *Cùm ſit turpe magis noſtris neſcire Latinè;*
Hoc ſermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundũt animi ſecreta. Quid vltrà?

Nihil vltrà. Nolo thalami ſecreta reuelare. An non & Belgicæ matronæ noſtræ ita modò gallicè laſciuiunt, vt Romanæ quondam græcè? Quid matronas commemoro ſequioris ſexus? Annon & viri? Si tamen viri ſunt, qui patrem aut matrem compellare neſciunt niſi lac Gallicum ſuxerint poſt ætatis annum vigeſimum interdum, & quadrageſimum.

Ohe iam ſatis eſt.

CAPVT XII.

Breuia quædam monita à verborum delectu non aliena.

ADmodum ſuccinctè duo percurram orationis vitia, quæ ad verborum vitia reuocari poſſunt. Primum vt notarem Senecam me admonuit epiſt. 114. *Arruntius vir raræ frugalitatis, qui hiſtorias belli Punici ſcripſit, fuit Salluſtianus, & in illud genus nitens. Eſt apud Salluſtium:* EXERCITVM ARGENTO FECIT: *id eſt pecuniâ parauit. Hoc Arruntius amare cœpit:* (Seneca ep. 114.)

poſuit

poſuit illud omnibus paginis. dicit quodam loco: FVGAM NOSTRIS FECERE. *Alio loco:* HIERO REX SYRACVSANORVM BELLVM FACIT. *Et alio loco:* QVÆ AVDITA PANORMITANOS DEDERE ROMANIS FECERE. *Guſtum tibi dare volui. Totus his contexitur liber. Quæ apud Salluſtium rara fuerunt, apud hunc crebra ſunt, & penè continua; nec ſine cauſſâ. ille enim in hæc incidebat: at hic illa quærebat. Vides autem quid ſequatur, vbi alicui vitium pro exemplo eſt. Dixit Salluſtius:* AQVIS HIEMANTIBVS: *Arruntius in primo libro belli Punici ait:* REPENTE HIEMAVIT TEMPESTAS. *Et alio loco, cùm dicere vellet frigidum annum fuiſſe, ait:* TOTVS HIEMAVIT ANNVS. *Et alio loco:* INDE SEXAGINTA ONERARIAS LEVES PRÆTER MILITEM, ET NECESSARIOS NAVTARVM, HIEMANTE AQVILONE MISIT. *Non deſinit omnibus locis hoc verbum inſulcire. Quodam loco Salluſtius dicit:* INTER ARMA CIVILIA ÆQVI BONI FAMAS PETIT. *Arruntius non temperauit, quo minùs primo ſtatim libro poneret:* INGENTES ESSE FAMAS DE REGVLO. Hoc eſt, quod Seneca nos docet prudens, & non minùs verborum quàm morum ſeuerus exactor: ſine vitio ac reprehenſione meritâ eaſdem crebrò dictiones redire non poſſe: vel enim ineptam in ſe continent affectationem, vel ignauam ac ſupinam arguunt ſcribentis recordiam: aut denique linguæ imperitiam,

ſer-

ſermonis inopiam. Itaque, vt vitioſis nullus locus ſit; elatioribus minuſque apud antiquos notis rariſſimus eſſe debet. Feriunt enim legentis animum, & non attento licet, atque oſcitanti moleſtiùs incurrunt, ac ſeſe quodãmodo ingerunt, vt latere non poſſint, imò nec latere velle videantur, ſed admirationem ſui concitare ſtolido quodam & inani faſtu. Reliqua quę de plebe ſunt, faciliùs ſeſe occultant, aut certè non ita ambitioſè ſeſe ingerũt, vt quamuis eant redeantque ſæpiùs, minùs tamen notentur. Neque ideo his impune erit, ſi ſingulis recurrant lineis, & quaſi viam obſideant, & aditum reliquis præcludant: niſi ea fortè tam neceſſaria fuerint, vt ſine moleſtâ curâ reiici non poſſint. Tunc enim maius vitium eſſet orationem ſuam fatigare nimiùm, ea quæ ſe offerunt repellendo; alia, quæ non ſatis morigera ſunt, inuitando. Cauendum ſanè, omnino cauendum, ne quis cum Hermolao *ferruminator* audiat, aut huiuſmodi nomine per infamiam innoteſcat, dum litterarum ſubſidio famæ ſuæ conſulere molitur. Illud igitur primum ſit, quod vitare neceſſum eſt. Alterum in controuerſiam vocatur: an in orationis contextum, quod paſſim iam elegantiores facere aſſueuerunt, ſine vanitatis aut leuitatis vitio verſus ſeſe inſinuare poſſint? Cicero quidem de Oratore lib. 3. & Quintilianus lib. 9. cap. vlt. verſum aiunt in

Cic. de Orat. lib. 3. Quint. lib. 9.

i oratione fieri multò fœdiſſimum eſſe. Sed
oc nil ad cauſſam noſtram pertinet, qui nul-
o modo orationis artus velut & membra,
erſus eſſe volumus, ſed quaſi monilia, aut
ualia in aureo ſolent eſſe cratere, ſigna quæ-
am & inſecta. Verùm antequam totâ de re
ntentiam ferre poſſim, hoc primùm conſti-
uo: Oratoribus poëtarum lectionẽ maximè
tilem eſſe; tum quòd eorum animos ſub-
imiori & diuiniori quodam ſpiritu ſuprà vul-
us euehere ſoleant: tum etiam, quòd omni
rationis apparatu magis inſtructi, etiamſi
ion omnia eâdem audaciâ efferre perſuade-
nt, aliqua tamen æmulari docent, quæ ora-
orem magis venerandum plebi & reueren-
lum exhibeant. Hanc lectionem Cicero,
Quintilianus, & alij Rhetorum principes,
ion tantùm probarunt, ſed ſeuerè præſcri-
ſerunt. Non tamen hac præſertim in re con-
rouerſiæ noſtræ cardo verſatur, an poëtæ o-
atori legendi ſunt, cui & hiſtoria cognita eſſe
lebet, & omnis perſpecta humanitas, & ex-
lorata antiquitas. Id enim imprimis exami-
iandum ſuſcepi, an antiquorum poëtarum
verſibus in oratione locus eſſe poſſit. Cùm
verò ſcriptionis varia ſint genera, pluribus o-
pus eſt ſcitis ac decretis, vel vt auſtera conti-
ceſcant nomina, nō nullis ſanè opus eſt con-
cluſiunculis. Nam, vt cætera omittamus, &
epiſtolarum ſua eſt venus, & philoſophica-

rum

Digitized by Google

rum litterarum anima eſt & mens alia; atque eius etiam, quod orationis nomen, quaſi propriam poſſeſſionem inuaſit, intra poëtarum limites ac terminos ſua iura ſunt & leges: vt aliud atque aliud de vnoquoque genere iudicium eſſe debeat. Primum ergo epiſtolis, & familiari quoque domeſticæque conſuetudini verſiculum aliquem, aut eum dimidiatum miſcere nemo prohibet; quin imò, nemo non laudat: tum præſertim, cùm ad hilarem quempiam exultantemque Naſonem, non ad tetricos illos moroſoſque frontones perſcribimus, aut ἀμύσους & agreſtes de Timonis villulâ humanitatis omnis inimicos. Quod verò ad ſacratiora illa, & magis intacta intemerataque ſapientiæ ſtudia ſpectat, maior difficultas videri poſſet, niſi omnis olim penitior & auguſtior cognitio ſolis propè poëtarum verſibus commiſſa fuiſſet. Itaque Cicero nullibi magis huius diſciplinæ ſe obſeruantem oſtendit, quàm in iis, quæ ad philoſophiam ſpectant, libris. Quod ipſum priſcos factitaſſe confirmat lib. Tuſculanarum 2. *Fuiſti ſæpè credo, cùm Athenis* *Cicero Tuſc. 2.* *eſſes, in ſcholis Philoſophorum. Fui verò, ac libenter quidem. Animaduertebas igitur, etſi tum nemo erat admodum copioſus, veruntamen verſus ab his admiſceri orationi. Ac multos quidem à Dionyſio Stoico. Probè dicis. Sed is quaſi dictata nullo delectu, nullâ elegantiâ. Philo & proprium numerum,*

&

& electa poëmata, & loco adiungebat. Itaque poſtquam adamaui hanc quaſi ſenilem declamationẽ, ſtudioſè equidem vtor noſtris poëtis. Sed ſicubi illi defecerant, verti ipſe multa de Græcis, ne quo ornamento in hoc genere diſputationis careret Latina oratio. Reſtat tertium illud genus, eloquentiæ quaſi proprius auituſque fundus, quod in foro, in curiâ, in roſtris dominari gaudet. Quod quidem genus, cùm ſuaui illo ſuo agmine fluere debeat, ſæpiùs ad poëtarum virides licet amœnaſque lauros allidi non debet. Neque tamen Cicero id vitauit adeò, quin interdum ex florenti illâ ſiluâ ſurculos legit, quibus oratio magis effloreſcat. Quod pro Cælio, pro Balbo, in Piſonem, in Antonium factitaſſe nemo inficiari poteſt. Id tamen obſeruandum ſeriò, quod iam pridem in omni orationis parte obſeruandum duxi: quid auditorum aures ferant, quid poſtulent. Afer nuper docuit ſuâ ætate id non modò vitio non datum, ſed inter virtutes numerari ſolitum. *Exigitur*, inquit, *ab oratore etiam poëticus decor, non ab Attij aut Pacuuij veterno inquinatus, ſed ex Horatij, & Virgilij, & Lucani ſacrario prolatus.* An verò noſtri noſtrâ hac tempeſtate nimis luxuriauerint, & inani oſtentatione ſe ridiculos exhibuerint, nolo decernere: ſatis res omnibus manifeſta, quibus non de pepone cerebrum.

CAPVT XIII.

Quid de iis, qui ſola Ciceronis verba admittunt, cenſendum.

QVid enim aliud:

O imitatores ſeruum pecus!

Nulli enim magis Ciceroni repugnant, quàm hi Ciceroniani. Quod quidem vt vel ipſis ſolis radijs clariſſimè depingam, nihil opus eſt, vt cuiuſquā alterius auctoritatem accerſam; accerſam tamen Politiani: qui inter primos Ciceronis mimum & laruā eruditorum ſcholis exigere conatus eſt. *Sapè enim hoc vſu venit, & quidem cū magno meo interdum vel riſu vel ſtomacho; vt illa ipſa in noſtris ſcriptis potiſſimùm reprehenderent, quæ in bonis emendatiſq; Ciceronis exemplaribus reperirentur; cùm tamen ipſi voces omnino barbaras pro Ciceronianis vſurparent. Quas videlicet excuſores iſti nouorum librorum Teutones peruerſiſſimè aliquando effinxiſſent.* Sunt ea vera quidem, ſed minimè tamen ſcripta politioribus. Batauas aures quærunt, & nares Bœotias. Illud ſcire velim imprimis, an oratorem eum meritò vocemus Ciceronianum, qui de quacunque re propoſitâ grauiter & ornatè diſceptare poſſit? Quid ambigimus? Talem eum deſcribit Cicero libris de Oratore, & ſexcenties propè idem ingeminat eruditiſ-

Polit.

ſimè

ſimo Rhetoricorum librorum commentario. Produc igitur hunc ex Ciceronis ſcholâ, virum, ſi fas dicere, cælitus delapſum, & in dicendo Deum; non ex Coracis nido declamatores moleſtos: quot ille verbis vti cogetur; quæ nunquàm Ciceroni in mentem venerunt, & veniſſent tamen, ſi de iiſdem rebus diſſerendum fuiſſet? Prohibe hunc militiæ verba de Vegetio ſumere: agriculturæ de Varrone, & Catone: architecturæ de Vitruuio: medicinæ de Celſo: philoſophiæ de ſcholis nonnulla: aliarum rerum ab aliis vocabula, an non Rhetoricam artem ſcripſeris, qualem Cleanthes olim, & Chryſippus, *ſic* (Ciceronis verba ſunt) *vt ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legat*? Quid, vt cæterarum artium inſtrumenta præteream, an ea nomina telorum, gladiorum, iaculorum fruſtra ſunt, quæ Agellius lib. 10. cap. 21. conceſſit? aut eadem Latina non ſunt, quia pleraque Ciceronis non ſunt? Præclarè meo iudicio integerrimus ſapientiſſimuſque Campianus: *Verbum recipio nullum, quod non ille recepiſſet; multa autem admitto, quæ ille non protulerit, prolaturus ſine dubio, ſi tuliſſet occaſio. An ego dubitem, qui vir grauis & ſapiens, pertractans philoſophica, voces conuenientes fecerit, idq;, vt augeret linguam Latinam; ſicut ipſe affirmat: idem ſi de agriculturâ fuſiùs diſputaſſet, plurima dixiſſet cum Varrone, Catone, Columellâ: præſertim cùm in vno libello de Senectute, & oc-*

Cicero.

Agell. l. 10. c. 21.

Campianus.

CATVM, & OCCATIO, & ARISTÆ, & ACINVS VINACEVS, & REPASTINATIO, & CONSITIO, & POMARIA *leguntur: alibi apud hunc nuſquam? Quid? qui ſemel de Legibus,* VIRGETA *nominauit: ſemel ad Q. fratrem,* SILVAM VIRIDICATAM: *ſemel de Fato,* MVLIEROSVM: *ſemel in Tuſculanis,* MVLTIPLICABILEM: *ſemel in Paradoxis,* MVTILVM: *ſemel in epiſtolis,* SPORTELLAS, & ARTOLAGANOS: *ſemel ad Atticum,* DIÆTICVLAM: *ſemel de Vniuerſitate,* DIVIDVVM: *ſemel in Verrem,* DIVARICARI: *ſemel de Naturâ deorum,* VITICVLAS: *ille non eiuſdem generis alia prodidiſſet, ſi vel ſæpiùs, vel copioſiùs talia diſſeruiſſet? Quid ſi recuperari poſſent ipſius volumina de Repub. quæ exciderunt, an non ſuppeditarent bona vocabula, quæ tamen nullas adhuc Nizolius in reliquo Cicerone viderit? Cuius rei coniecturam ex eo capio, quòd in Somnio Scipionis,* & EXTIMVM GLOBVM, & STELLIFERVM CÆLVM, & IMMOBILEM TERRAM, & LVNAREM CVRSVM *reperio: quæ non reperiſſem, niſi hoc fragmentum ex illius ſexto de Rep. ſupereſſet. Non igitur linguam Ciceronis, quæ multa reticuit; non fortunam temporum, quæ multa perdidit: ſed Ciceronem ipſum facio cenſorem & iudicem dictionum. Sic loquar, vt ipſe loquebatur, & paratus erat loqui.* Amplector admirabile huius viri iudicium, quem iam cælo perfrui maturè quidem meritis ſuis; nimiùm præcipiti nobis fato boni fatentur omnes.

Itane,

ſtane, ô Anglia, aureum hoc eloquentiæ flumen tibi inuidiſti: & virum innocẽtiſſimum, hoc vno ſcelere reum, quòd ſceleſtus eſſe nollet, in crucem egiſti? Plorabat religio, cùm vindicem ſuum triplici velut morte, laqueo, ferro, flammâ per immaniſſimam barbariem excarnificari videret: meminerat nunquam eum pietatis immemorem vixiſſe: nihil ſcripſiſſe vnquam, quod non illam ſpiraret viuaciùs. Audite, ſi lubet, etiam in hanc oratorum arenam ſub pietatis titulo prodeuntem: *Nempe* (eius hæc ſunt) *apud Ciceronem* PERPESSIO, *non* PASSIO *inuenitur: num propterea Chriſtiani non audebimus* CHRISTI PASSIONEM *totidem literis & ſyllabis enuntiare? Per me quidem potiùs in Tiberim omnia Ciceronis opera proiiciantur, quàm huius vnius dictiunculæ iactura fiat. Quare? Sic enim increbuit iam ſignificatio rei ſanctiſſimæ & maximæ, vt non ſit tutum abolere. Idem exiſtimo de* POENITENTIA, *quæ fortiùs & valentiùs Eccleſiæ Catholicæ ſenſum loquitur, quàm Reſipiſcentia: quæ mihi videtur non ſolùm re infirmior, ſed ſono etiam durior. Iam verò, quis neſciat* SACRAMENTVM *apud illos Ethnicos non idem ſignificaſſe, quod hodie apud Chriſtianos? Aut* VETVS NOVVMQVE TESTAMENTVM, *ex aliam auctorum ſententiâ, pro Bibliis accipi non poſſe. Quid ergo? Nomen antiquabimus? Conſenſio fidelium, & verbi religio vetat.* Hęc magno Campiano data ſunt. Atque vt eò, vnde digreſſi *Campianus.*

 ſumus,

ſumus, redeamus, nemo magis dilucidè ſcribit non ſolius Ciceronis verba in oratione locum ſibi arrogare fas eſſe, cæteraque proteruiùs extrudere, & ſuis quaſi laribus ac focis ſpoliare, quàm ipſemet Cicero. Qui non vnius alicuius orationes proponit, ex quibus latinitatem hauriamus, ſed nec omnium quidem oratorum vni ſatis putat omnes: Poëtas aduocat, & Grammaticos, & quidquid vt bene ſcripſit, ſic benè etiam dicere docuit. *Prætereamus*, inquit, *igitur præcepta latinè loquendi, quæ puerilis doctrina tradit, & ſubtilior cognitio ac ratio litterarum alit, aut conſuetudo ſermonis quotidiani ac domeſtici libri confirmāt, & lectio veterum oratorum & poetarum.* Tanti mihi Cicero eſt, vt eadem de re dicentem ſæpiùs audire libeat: *Sed omnis loquendi elegantia, quanquam expolitur ſcientiâ litterarum; tamen augetur legendis oratoribus & poëtis: ſunt enim illi veteres, qui ornare nondum poterant ea, quæ dicebant, omnes propè præclarè locuti. Quorum ſermone aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterūt loqui, niſi latinè.* Iterum vides poëtas ad oratorios ludos adduci; idque à Cicerone factum vides & hoc conſideratiùs attendis: *Quorum ſermone aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui, niſi latinè?* Vis & his hiſtoricos adiungere? An non fatetur Antonius, id eſt Cicero, orationem ſuam ex hiſtoriâ colorari? Ipſum dabo. *Quid ergo eſt? Fateor aliquid tamen.*

Lib. 3. de Orat.

Lib. 3.

Cic. 2. de Orat.

Vt.

Vt cùm in ſole ambulem, etiamſi aliam ob cauſſam ambulem, fieri naturâ tamen, vt colorer: ſic cùm iſtos libros ad Miſenum (nam Romæ vix licet) ſtudioſiùs legerim, ſentio orationem meam illorum tantu quaſi colorari. Quid Quintilianum proferam, cuius longiſſimè diducta de poëtis, hiſtoricis, oratoribus ſtudiosè & operosè legendis commentatio? Quis non animaduertit, ſi ab vno Cicerone verba petamus, aut alienè multa nobis enuntianda fore, aut ne in eadem ſæpiùs relabamur, ad elumbem quandam atque exſanguem, ſiue omni propè vitâ ſiue animâ inanem ac pudendam gracilitatem redigendos eſſe? Plerumque enim nobis, non vnâ vice, aliis aliiſque in cauſſis efferendum, quod ipſe aut ſemel dixit, aut nunquam. Quorſum verò idem ille in Bruto eos, qui latinè locuti fuerunt vel inculpatè plurimùm, vel laudatè toties deſignat, niſi vt ab iis latinè loqui diſcamus? Ab hac re L. Furij Phili laus: ab eadem Titi Flaminii, Lucii Scipionis, Q. Catuli, Scauri, Auli Gabinii, L. Craſſi, M. Herennii, Siſennæ, Domitij, Cæſaris: quos laudare noluiſſet, ſi vitandos arbitratus eſſet. Quæ tamen omnia ſic dicta ſint, vt primum Cicero locum obtineat. Placet enim illud viri eruditi pariter ac ſapientis, in epiſtolâ ad filium ſcriptâ, *Legendos Demoſthenem & Ciceronem: tum ita, vt quiſque eſſet Demoſtheni ac Ciceroni ſimillimus.* An iam amplius aliquid

In Bruto.

liquid requiris? Etiam illud placet, Ciceronis potiùs verba, quàm alterius adſciſcenda: niſi aut non infamis vtilitas, aut generoſa quædam dignitas alibi te delectum inſtituere conſuluerit. Satis ſuperque demonſtraſſe mihi videor, non vnius Ciceronis peculio incumbendum eſſe: illud iam in quæſtionem vocari poſſet, an omnia Ciceronis probanda ſint? nihilque ſuſpectum eſſe debeat, quod ex illius theſauro prolatum agnoſcimus. Quaſi verò tantus ille deus, & dijs maior omnibus (nam & ipſo auctore dij peccare poſſunt, & pœnitere) vt nulli errori obuius nubes ac cælos vltra attollatur, ac Iouis capiti imponatur ſuperior. *Non ita Aſinius Gallus, & Largus Licinius (cuius liber etiam circumfertur arroganti titulo Ciceromaſtix) non ita iudicarunt, quin & ſcribere auſi fuerunt M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè, atque inconſideratè locutum. Inter cætera & illud reprehendunt quod pro M. Cælio ſcripſit: Nam quod obiectum eſt de pudicitiâ: quodq; omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictiſq; celebratum eſt, id nunquam tam acerbè feret M. Cælius, vt eum pœniteat non deformem eſſe natum. Non exiſtimant enim verbo proprio vſum eſſe Tullium, quòd ait,* POENITEAT: *atque id propè ineptum eſſe dicunt. Nam pœnitere, inquiunt, tum dicere ſolemus, cùm quæ ipſi fecimus, aut quæ de noſtrâ voluntate, noſtroq; conſilio facta ſunt, ea nobis*

Agell. l. 17. c. 1.

Cic. pro M. Cælio.

is poſt incipiunt diſplicere, ſententiamq́ in iis noſtram demutamus. Neminem autem rectè ita loqui, pœnitere ſeſe quòd natus ſit, aut pœnitere quòd mortalis ſit, aut quòd ex offenſo fortè vulneratoq́ corpore dolorem ſentiat: quando iſtiuſmodi rerum nec conſilium ſit noſtrum, nec arbitrium; ſed ea ingratis in corporibus noſtris, vi ac neceſſitate naturæ nobis accidant. Sicut herclè, inquiunt, non voluntariũ fuit M. Cælio, quali formâ naſceretur, cuius eum dixit non pœnitere: tanquam in eâ cauſâ res eſſet, vt rationem caperet pœnitendi. Hæc Agellius Ciceronis acerrimus vigilantiſſimuſque patronus accuſatorum, aut præuaricatorum potiùs, in illius eloquentiam languido brachio coniecta tela, nullâ formidine excipere conatur & contemnere. Quid verò ſi fortiſſimus ille & acutiſſimus Philoſophorum Seneca impetum faciat? quò ſe recipiet? aut quod ſcutum opponet? Negat hîc Ciceronem purioris vbique monetæ voces vſurpaſſe: negat ſatis caſtè ab eo dictum lib. de Republica: *Menelao Laconi fuit ſuauiloquens iucunditas*: negat dictum alibi ſatis integrè, *Breuiloquentiam in dicendo.* Negat itaque Gallus, & Largus, negat Seneca Ciceronem ſine prouocatione magiſtratum gerere: noluit quidquid ipſe dixerit, de tripode oraculum eſſe: vt nemo non interdum dormitet, ita & Ciceronem aut dormitare, aut etiam dormire frequentiùs;

Seneca l. 22. ep. apud A-gell. l. 12. c. 2

nec minùs cultum ſolummodo eſſe, ſed etiam ſordidum, & vitioſis dictionibus contaminatum ſtylum. Ego verò Ciceroni hanc calumniam impingere nolim. Illud itaque fateor, cur eius verbis omnibus tutò frui ſci non poſſimus, reperire omnino nihil; ſaltem quod alicuius momenti aut ponderis cenſeri poſſit. Erat enim Agellio teſte verborum diligentiſſimus: is erat, quem fruſtra obluctante inuidiâ, eò prouexit dicendi virtus, vt Fabio teſte, iam non hominis hoc nomen, ſed eloquentiæ videatur. At enim, inquies, ipſemet ſe reum agnoſcit. Ad Atticum ſcribens fatetur ſe erraſſe lib. 1. de Orat. dum ait: *Vt enim incitato nauigio cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen ipſa nauis motum & curſum ſuum, intermiſſo impetu curſuq; remorum.* Fatetur, inquam ſe erraſſe hæc Attico mandans. INHIBERE *illud tuum, quod valdè mihi arriſerat, vehementer diſplicet. eſt enim verbum totum nauticum. quanquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cùm inhibere eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiuſmodi didici heri, cùm ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. Id ab* ἐποχῆς *remotiſſimum eſt. Quare facies, vt ita ſit in libro, quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, niſi fortè mutauit.* Lubet cum Cicerone iocari: nouum crimen, atque ante hunc diem inauditum! Quaſi verò ob vnam voculam minùs propriè vſurpatam inter

Fabius.

Cic. ad Attic.

Lib. 13. epiſt. 21.

Digitized by Google

inter ærarios Cicero referendus. Quin potiùs ob diligentiam eiuſdem corrigendæ, maiori in pretio habēdus. Id ſanè affirmare quis dubitauerit? Si vir ille poſt tantum ſtudium non ſcripſerit quæ tutò legi poſſint, deſperandum omnino de orationis puritate conſequendâ, ad quam tamen tot, tam variæ grauiſſimorum virorum lucubrationes tam gnauiter, tam improbè, ſi liceat dicere, omni animi corporiſque contentione adſpirant atque anhelant. Illud nihilominus prudentes facilè animaduertunt non vnius alicuius dictiunculæ nequitiâ inſignia magnorum virorum volumina aut proſcriptionem mereri, aut capitis accerſi debere: cùm nec Cicero quidem omni noxâ carere potuerit. Multò verò & illud magis, non temerè indictâ præſertim cauſâ alicuius in ſcribendo flagitij condemnandos eſſe, qui reip. litterariæ ſuo ſtudio & labore gloriam amplificare connituntur, ſi quid in ijs occurrat, quod aliter proferēdum eſſe iudicamus. Magna interdum controuerſia etiam de rebus non magnis. Quis credat illos omnis eloquentiæ ac ſapientiæ principes iudicare vix potuiſſe, an Tertiò ſcribi poſſet, an Tertiùm cōſul. *Quod de Pompeio,* inquit Agellius, *Varro breuiter & ſubobſcurè dixit, Tyro Tullius Ciceronis libertus in epiſtolâ quadam enarratiùs ſcripſit ad hunc ferè modum. Cùm Pompeius, inquit, ædem Victoriæ dedicaturus foret, cuius* *Agell. Tyro Tullius*

gradus

gradus vice theatri eſſent, nomenq; eius & honores inſcriberentur, quæri cœptum eſt, vtrum CONSVL TERTIO *inſcribendum eſſet, an* TERTIVM. *Eam rem Pompeius exquiſitiſſimè retulit ad doctiſſimos ciuitatis. Cumq; diſſentiretur, & pars* TERTIO; *alij* TERTIVM *ſcribendum contenderent; rogauit, inquit, Ciceronem Pompeius, vt quod ei rectius videretur, ſcribi iuberet. Tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum eſſe; ne quorum opinionem improbaſſet, ipſos videretur improbaſſe. Perſuaſit igitur Pompeio, vt neque* TERTIO, *neque* TERTIVM *ſcriberetur: ſed ad ſecundum vſque* T *fierent litteræ,* TERT. *vt verbo non perſcripto res quidem demonſtraretur, ſed dictio tamen ambigua verbi lateret. Id autem quod & Varro & Tyro dixerunt, in eodem nunc theatro non eſt ita ſcriptum. Nam cùm multis annis poſtea ſcena, quæ prociderat, refecta eſſet, numerus tertij conſulatus, non vti initio prioribus litteris* TERT. *ſed tribus tantùm lineolis* III. *inciſus ſignificatus eſt.* Tantum eſt orbem terrarũ ſubegiſſe, & famâ ſui nominis omnem æternitatem complexum eſſe, vt demum magno labore, nullo operæpretio anxiè requiras, *tertione* an *tertiùm conſul* & ſaxo inſcribaris & caudici. Plus mehercule ſudoris Pompeium inſumpſiſſe arbitror, dum quærit hac an illâ voculâ conſulatus ipſius conſignetur; quàm dũ tribus conſulatibus tres iungit triumphos. Verùm iam ſatis omnino verborum eſt, & quidem propriorum, aliò me transferã, vbi priùs Cice-

Digitized by Google

iceroni me purgauero, aut Ciceronianis, in ab iis alienus; ſed fortè ſuſpectior. Itaque animi mei ſententia hęc me Quintiliani re-:are confirmo, vel Ioue lapide coram, aut eliore potiùs, quod colimus, numine. M. ullium non illum habemus Euphranorem :ca plurium artium ſpecies præſtantem, ſed omnibus, quæ in vnoquoque laudantur, e-inentiſſimum. Quem tamen & ſuorum ho-ines temporum inceſſere audebāt, vt tumi-órem & Aſiaticum & redūdantem, & in re-:titionibus nimium, & in ſalibus aliquando igidum, & in compoſitione fractum, exul-.tem, ac pænè, quod procul abſit, viro mol-ɔré. Poſteà verò, quàm triumuirali proſcri-tione cōſumptus eſt, paſſim, qui oderāt, qui iuidebant, qui æmulabantur, adulatores et-m præſentis potentiæ, non reſponſurum in-aſerunt. Ille tamē, qui ieiunus à quibuſdam : aridus habetur, non aliter ab ipſis inimicis ıalè au ire, quàm nimiis floribus, & ingenij ɟluētiâ potuit. Falſum vtrumque, ſed tamen la mentiendi propior occaſio. Præcipuè au-:m preſſerūt eum, qui videri Atticorum imi-ıtores concupierant. Hæc manus quaſi qui-uſdam ſacris initiata, vt alienigenam, & vi-ım ſuperſtitioſum, deuinctumque illis legi-us inſequebatur. Vnde nunc quoque aridi & ɛſucci, & exſangues (hi ſunt enim, qui ſuę im-ecillitati ſanitatis appellationē, quæ eſt ma-

ximè

ximè contraria, obtēdant) quia clariorē vim eloquentię, velut ſolē ferre non poſſunt, vmbrâ magni nominis deliteſcunt. Quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipſe reſpōdit, tutior mihi de hoc diſſerendi breuitas erit.

CAPVT XIV.

De verbis tranſlatis.

MVltum quidem eſt, & eximiæ cuiuſdam induſtriæ ac felicitatis, omnem in verbis culpam euitaſſe; neque illud tamen oratorem perficit. *Sed* (vt cum Cicerone loquar) *cùm ad hanc elegantiam verborum Latinorum, quæ etiamſi orator non ſis, & ſis ingenuus ciuis Romanus, tamen neceſſaria eſt, adiungit illa oratoria ornamenta dicendi, tum videtur, tanquam tabulas benepictas collocare in bono lumine.* Viderunt id primi Cato, Galba, & qui eâdem ętate floruerunt dicendo: accuratiùs deinde arctiuſque complexi ſunt, qui priores non tantum eloquentiæ diuinâ quadam præſtantiâ aſſecuti ſunt; ſed multo poſt ſe interuallo reliquerunt: donec, non, vt ſtellas in cælo artificiosè ſuis ſpatijs, & certis quaſi locorum diſſidiis hæc troporum figurarumque ſidera dirimere, ac digeſta componere cœperunt; ſed denſo agmine in vnum velut chaos cōpingere. Quod certè futurum aliquando Ciceronem iam olim

Cicero.

olim præſagijſſe reor, cùm tertio de Oratore dicit: *Quare Bene & præclarè quamuis nobis ſæpè dicatur, Bellè & feſtiuè nimiùm ſæpè nolo: quanquam illa ipſa exclamatio, Non poteſt meliùs, ſit velim crebra: ſed habeat tamen illa in dicendo admiratio, & ſumma laus vmbram aliquam & receſſum, quò magis id, quod erit illuminatum, exſtare atque eminere videatur.* Hæc Ciceronem præſagijſſe reor, quod ſuo tempore expertus fuit oratorum Seneca Ariſtarchus: *Modò,* inquit, *quod nuper increbuit, pro cultu habetur: audax tranſlatio & frequens.* Quid opus ad Senecam recurrere? An non apud multos nouitatis aucupes ſolemne eſt tranſlationis iure vti inuerecundè? An non illud Diomedis noſtri ſæculi: *Quid quòd nihil iam priorum placet, dum parum creditur diſertum, quod alius dixerit; à corruptiſsimo quoque poëtarum figuras, ſeu tranſlationes mutuamur: tum demum ingenioſi, ſi ad intelligendum nos, opus ſit ingenio?* Hinc ille ſine venuſtate cultus: dum galea interdum tibijs, ocrea capiti aptatur: dum riſum mouet flens ipſe, dum fletum ridens. Quis enim aut non cōtemnat, aut non miſereatur, ſi oratorem videat contemptâ ſæpè re ipſâ miſerrimè frondibus inſidere verborum, & folia captare, fructus negligere, ſudare, pallere, exſangui vultu, luridâ facie, vt ſtylus gladiatoriè opimus, & athleticè, fas ſit dicere, ſaginatus vnctos quaſi lacertos iactare poſſit, ad pompā, non ad victoriā?

Cic. 3. de Orat.

Fur es, ait Pedio. Pedius quid? Crimina raſis
Librat in antithetis: doctas poſuiſſe figuras
Laudatur. Bellum hoc!
Men' moueat quippe, & cantet ſi naufragus aſſem
Protulerim? Cantas, cùm fractâ te in trabe pictũ
Ex humeris portes.

Hoc eſt peregrinum eſſe à re interdum; à ſermonis integritate plerunque, à decore ſemper. Scitè Fabius:* *Sunt, qui neglecto rerum pondere, & viribus ſententiarum, ſi vel inania verba in hos modos deprauauerint, ſummos ſe iudicent artifices; ideoq; non deſinunt eas nectere: quas ſine ſententiâ ſectari tam eſt ridiculum, quàm quærere habitum geſtumq; ſine corpore. Sed ne hæ quidem, quæ rectè fiunt, denſandæ ſunt nimis. Nam & vultus mutatio, oculorumq; coniectus multùm in actu valet: ſed ſi quis ducere os exquiſitis modis, & frontis & luminum inconſtantiâ trepidare non deſinat, rideatur. Et oratio habet rectam quandam velut faciem: quæ vt ſtupere immobili rigore non debebit; ita ſæpiùs in eâ, quam natura dedit, ſpecie continenda eſt.* Scitè ille quidem; magis tamen eloquenter rationem adfert Tullius lib. 3. de Oratore: *Difficile dictu eſt, quænam cauſſa ſit, cur ea, quæ maximè ſenſus noſtros impellunt voluptate, & ſpecie primâ acerrimè commouent, ab iis facillimè faſtidio quodam & ſatietate abalienemur. Quantò colorum pulchritudine & varietate floridiora ſunt in picturis nouis pleraque, quàm in veteribus, quæ tamen etiamſi primo adſpectu nos ceperunt, diutiùs non*

Fab. l. 9. c. 3. in fine.

** De figuris loquitur: ea tamen dicit, quæ tropis, & omni minùs propriè loquendi formæ dicta oportet.*

Cic. 3. de Orat.

non delectant: cùm ijdem nos in antiquis tabulis illo ipſo horrido obſoletoq; teneamur. Quanto molliores ſunt & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ vocula, quàm certæ & ſeueræ? quibus tamen non modò auſteri, ſed, ſi ſæpiùs fiunt, multitudo ipſa reclamat? Licet hoc videre in reliquis ſenſibus: vnguentis minùs diu nos delectari ſummâ & acerrimâ ſuauitate conditis, quàm his moderatis: & magis laudari, quæ terram, quàm quæ crocum olere videantur. In ipſo tactu eſſe modum mollitudinis & lauitatis. Quin etiam guſtatus, qui eſt ſenſus in omnibus maximè voluptarius, quiq; dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur, quàm citò id quod valdè dulce eſt, aſpernatur ac reſpuit? Quis potione vti, aut cibo dulci diutiùs poteſt? Cùm vtroque in genere ea, quæ leuiter ſenſum voluptate moueant, facillimè fugiant ſatietatem. Sic omnibus in rebus voluptatibus maximè faſtidium finitimum eſt. Quo hoc minùs in oratione miremur: in quâ vel ex poëtis, vel ex oratoribus poſſumus iudicare, concinnam, diſtinctam, ornatam, feſtiuam, ſine intermiſſione, ſine reſpiratione, ſine varietate, quamuis claris ſit coloribus picta vel poëſis, vel oratio, non poſſe in delectatione eſſe diuturnâ. Atque eo citiùs in oratoris, aut in poëta cincinnis ac fuco offenditur, quòd ſenſus in nimiâ voluptate naturâ, non mente, ſatiantur: in ſcriptis, & in dictis non aurium ſolùm, ſed animi iudicio etiam magis infucata vitia noſcuntur. O Tulli, ſi noſtro hoc æuo ſcriberes, quomodo eos

deſcriberes,quorum oratio flumen, torrens, mare eſt: vbi magis ferociunt venti, quàm in ipſo Oceano: vt magis etiam aures noſtræ obſurdeſcant,quàm ad Nili catadupa. Quotus enim quiſque eſt, qui non aliquam allegoriam ab aquis deriuet? Hîc naues,cymbæ, gubernacula: hîc portus,littora: hîc Syrtes, & Scyllæ,& Charybdes: hîc aduerſi ſecundique venti:hîc cum totâ ſuâ familiâ Æolus:vt nautam credas, non oratorem te audire. Quid referam arcem, ſiue acropolim cauſſæ, & caſtra,& acies? Quid ſepta, circos,naumachias,theatra, amphiteatra? Quid agriculturam,mercaturam,agros,emporia? Quid denique quidquid vbique eſt, & nullibi eſt? Memini audiuiſſe me quandoque, qui nullam vellent periodum,nullum verſum otioſè fluere, quin ſpectabile aliquid & illuſtre cõtineret, quo auditorum animos arrigerent ac detinerent. Eoſdem, cùm ad dicendum veniſſent, animaduerti, quaſi in tabernâ, vel mechanicâ quapiam officinâ verſarentur, & lancem, & bilancem, & trutinam,& aſciam, & dolabrum, & circinum, & amuſſim, & fabrilia omnia,& ſutorum, & ſartorum,& quæ de foricis eſſent vſurpare vocabula: quin & aliquem de triuio circulatorem arbitratus fuiſſem, niſi toga & focale me admonuiſſent oratorem eſſe,qui diceret.Inter hæc,quanto, Deus immortalis! faſtidio languebam, dum

eadem

Digitized by Google

eadem ſemper, aut pænè eadem recurrerent: dum nauis mox in currum deſineret, & currus viciſſim in nauem: dum hic per aërem velificatur, ille per cælum aurigatur. Neceſſarium enim eſt in his tranſlatis & peregrinis, dum ea ſplendida eſſe volumus, & ſenſum ferientia, aut ſæpiùs idem dici, aut prodigioſè variari. Horatius nobis auctor eſt: *Horat.*

Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinum ſiluis appingit, fluctibus aprum.

Sed cauſſam fortè apertiùs requiris huiuſce dedecoris. Quæ alia, quàm affectata & ambitioſa oſtentandi ſeſe laſciuia, & magiſtrorum, qui iuuentuti frænum laxent, aut ſtringant, nec inſolenter vndare patiantur, ærumnoſa penuria? Dum enim non nulli ipſam orationis vim & maieſtatem, atque argumentorum ſolertiam ac œconomiam, & frugalem pompam non intuentur, ad eaque, quæ illuſtriſſima in oratione ſunt, cæcutiunt, quaſi conchas & vmbilicos in littore legunt; vt cum Caligulâ de Neptuno triumphent. Diſcipulis, inquam, ſuis tropos ac figuras in libellos digerenda ac coaceruanda potiùs, inculcant: ſine quibus nullam velint commentationem, etiamſi cauda vituli aptanda foret leonis capiti.

Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.

Non progredior vlteriùs: ſatis in eos vehementer mihi incurriſſe videor, qui per abru-

pta nimiùm luctantur animosè: ad eos reuertor, qui aliam in partem eunt præcipites. Præclarè idem Satyricus:

Horat. *Serpit humi tutus nimiùm timiduſq; procellæ.*

Nolunt illi quidquam eſſe niſi domeſticum, familiare, tabernarium, de foro olitorio, boario, de macello, & interdum de fornice: & proſtituta * nō dedignantur verba, id eſt omnibus communia, dum propriè ſe loqui gloriantur. Cum his ego quidē congredi vereor: ſunt enim plerumque crudi homines & incocti; conuicijs metuendi, non rationibus. Itaque pro me breuiter, pauca Quintilianus, pauca Cicero. Quid ais vir Cenſorie? Inter ærarios referendos iudicas, quotquot è natiuo quaſi ſolo verba migrare iubent, aut alibi, quàm in ſuo fundo conſiſtere patiuntur. Vel ipſo Catone ſeueriores. De eo enim Cicero noſter, nec ſine grauiſſimi ſanctiſſimique viri ſingulari præconio hæc ſcribit: *Ornari orationem Græci putant, ſi verborum immutationibus vtantur, quos appellant tropos; & ſententiarum orationiſq; formis, quæ vocant* σχήματα. *Non veroſimile eſt quàm ſit in vtroque genere & creber & diſtinctus Cato.* Sed horridior ille fortè & incomptior, quàm vt cultæ tanquam ac perpolitæ orationis ſimulacrum hoc tam venuſto ſæculo iuuenibus proponi poſſit. Non inficior. Verū ſi ille tam horridus, tam incomptus hæc ornamenta non fugerit, quin imò ſollicitè expetierit,

(Margin: * *aut, ſi ita lubet cum Horatio dicere,* verba dominantia. — Cicero.)

rit, cur nos hac præſertim ętate fugiamus, quę nec cincinnos fugit, nec calamiſtros? Quin potiùs quæ à maioribus nobis tradita ſunt orationis decora æmulemur; ne in eorum locũ ſeſe ingerant illa vulgo dominantia verba, lurida, fœtida, quæque hircum oleant, & polypũ ſapiant; aut neſcio quę de Carmentis buſto tabe ac ſanie macerata? Vt enim tritâ tantùm viâ incedat orator, id certè nunquam obtinebis incolumi Cicerone. Qui, vt vixit, viuet gratâ omnium poſterorũ memoriâ æternitati conſecratus, poſtquam Criticorum illorum leuiſſimos vaniſſimoſque cineres ventus per immemores auras ſparſerit, nunquam in tantum facinus coituros, vt amœniſſimam illam ſuadam iucũdiſſimis ſuis cimelijs exuere poſſint. Longiùs opinione meâ à Ciceronis digreſſus præceptionibus ad eaſdẽ reuertor. Ille oratorum omnium rex & deus, ne quidem à ſobrio, & minimè opulento dicendi genere hũc verborum ornatum abeſſe patitur. Libro enim de Oratore, quem ſuum maximè fœtum exoſculatur, hæc ait: *Ergo ille tenuis orator, modò ſit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferẽdis verecũdus & parcus; in priſcis reliquiſq; ornamentis & verborum & ſententiarum demiſſior; tranſlatione fortaſſe crebrior: quâ frequentiſſimè ſermo omnis vtitur, non modò vrbanorũ, ſed etiã ruſticorum. Siquidem & eorum: Gẽmare vites: ſitire agros: lætas eſſe ſegetes: luxurioſa frumẽta. Nihil horũ* Cicero.

parum audacter; ſed aut ſimile eſt illi, vnde tranſferas: aut ſi res ſuum nullum habet nomen, docendi cauſsâ ſumptum; non ludendi videtur. Hoc ornamento liberiùs paullò, quàm cæteris, vtetur hîc ſubmiſſus. Hoc ergo ſubmiſſo conceditur, vt tropos adhibeat minùs anxiè; quid illi erectiori? quid alteri, qui ſummum tenet locum? Non conceditur tantummodo; ſed imperatur. Niſi longior eſſe vererer, largiùs etiam ex lib. 3. de Oratore, deſumerem, vnde hæc ſcena inſtructior prodiret. pauca dabo, quæ pro metaphorâ Cicero præcipuè dixit: non ita tamen propriè, quin & aliis non nullá tropis perelegantèr affingi poſſe videantur. *Hoc in genere perſæpè mihi admirandum videtur, quid ſit, quòd omnes tranſlatis & alienis magis delectentur verbis, quàm propriis & ſuis. Nam ſi res ſuum nomen, & proprium vocabulum non habet, vt pes in naui: vt nexum, quod per libram agitur: vt in vxore diuortium: neceſsitas cogit, quod non habes aliunde ſumere. Sed in ſuorum verborum maximâ copiâ tamen homines aliena multò magis, ſi ſunt ratione tranſlata, delectant. Id accidere credo, vel quòd ingenij ſpecimen eſt quoddam, tranſilire ante pedes poſita, & alia longè repetita ſumere: vel quòd is, qui audit, aliò ducitur cogitatione, neque tamen aberrat. quæ maxima eſt delectatio: vel quòd ſingulis verbis res, ac totum ſimile, conficitur: vel quòd omnis tranſlatio, quæ quidem ſumpta ratione eſt, ad ſenſus ipſos admouetur; maximè oculorum, qui eſt ſenſus acer-*

Cicero. (margin)

acerrimus. Satis ſuperque quis Ciceronis hac de re ſenſus, expoſuiſſe videor, ad Quintilianum me transfero. Huius tantæ vel ſolius metaphoræ laudes, vt ſine fronte ſit, qui non erubeſcat, eas vbi legerit, tropis conuicium facere. E multis pauca: *Quæ quidem cùm ita eſt ab ipſâ nobis conceſſa naturâ, vt indocti quoque non ſentientes eâ frequenter vtantur: tum ita iucunda atque nitida, vt in oratione, quamlibet clarâ, proprio tamen lumine eluceat.* Quàm hinc etiam veneranda ſynecdoche: quàm cætera troporum ſchola! Quin imò & figurarum, & earum quoque, quæ Grammaticis debentur, dignitatem tuetur, quòd & copiam augeant, & minimè protritam vulgo dictionem ſublimiùs erigant. *Ideoq́; cùm ſit à ſimplici rectoq́; loquendi genere deflexa, virtus eſt; ſi habeat probabile aliquod, quod ſequatur. Vna tamen in re maximè vtilis, vt quotidiani, & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuet, & nos à vulgari dicendi genere defendat.* Finem huic imponam diſſertationi, vbi & oratori & rhetori philoſophum adiunxero. Seneca epiſt. 59. Lucilij ſui ſtylum laudat; & in eo tropos. *Inuenio tamen tranſlationes verborum, vt non temerarias, ita quæ periculum ſui fecerint. Inuenio imagines: quibus ſi quis non vti vetat, & poëtis illas ſolis iudicat eſſe conceſſas, neminem mihi videtur ex antiquis legiſſe.* Protogenem imitari nolo: manum de tabulâ. Nihil de tropis ampliùs, nihil de figuris,

Quint. l. 8. c. 6.

Lib. 9. cap. 3.

Seneca ep. 59.

quæ tropis tam arctâ iunguntur affinitate, vt nomen interdum idem gerere non vereantur. Non diſſimilis in vtroque genere vſus aut abuſus. Id cauendum ne deſint, ne ſuperſint. Vt quàm maximè finire velim, non ſinit Agellius, qui lib. 18. cap. 8. vnum figurarum genus ſuaue illud quidem & elegans vitandum monet: quod occultis quibuſdam illecebris blandiatur; ſed raró citra modum, & plerumque vſque ad faſtidium vſurpetur; niſi cautio. Vtinã illud Theodoſiana illa tempora vitaſſent, tot florentia ingenijs! Tacere cogit reuerentia, quã ſibi ſuo iure repoſcit ſacroſancta maiorũ noſtrorũ, & verę fidei patrum caniciesmeritò veneranda. Agellium proferam, non vt viros tantos reprehendat; ſed nos doceat. Ὁμοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκατάληκτα, καὶ πάρισα, καὶ ὁμοιόπτωτα, cæteraq; huiuſmodi ſcitamenta, quæ iſti ἀπειρόκαλοι, qui ſe Iſocraticos videri volũt, in* collaudãdis verbis immodicè faciũt & rancidè, quã ſint inſipida & inertia & puerilia, facetiſſimè, hercle, ſignificat in 5. Satyrarũ Lucilius. Nã vbi eſt cũ amico cõqueſtus, quòd ad ſe ægrotũ nõviſeret, hæc ibidẽ addit feſtiuiter:

Agell. l. 18. c. 8.

* collocandis fortè.

Lucil. 5. Saty.

Quo me habeam pacto, tametſi nõ quæris, docebo.
Quãdo in eo numero mãſti, quo in maxima nũc eſt
Pars hominũ, vt periiſſe velis, quem nolueris, cùm
Viſere debueris: hoc Nolueris, & Debueris, te
Si minùs delectat, quod ἄτεχνον Iſocraticũ eſt: ὀχληρῶδεσque ſimul totum, καὶ συμμειρακιῶδες
Non operam perdo. Si tu hic. ††

CA-

CAPVT XV.

De ſententiis ab oratore vſurpandis.

VErborum iam ſatis eſſe duxi, ne verba dare videar. Quæ inane tantùm murmur ſunt; niſi animi noſtri conceptus in lucem edant, & ſenſa noſtra per ſententias enũtient. De ſententijs ergo dicendum ſupereſt. Verùm, cùm nihil ad rerum cognitionem plus in ſe momenti contineat, plus adferat emolumenti, quàm ſolers partitio, quæ indigeſtas inconditaſque diſceptationes, ſcientijs cumprimis inimicas, amoliri ſolet; antequam in hanc commentationem me penetrem, Quintilianum iuuat conſulere lib. 8. Inſtitutionum oratoriarum, de generibus ſententiarum pereruditè diſſerentem: *Sententiam,* inquit, *veteres, quod animo ſenſiſſent, vocauerunt. Id cùm eſt apud oratores frequentiſsimum, tum etiam in vſu quotidiano quaſdam reliquias habet. Nam & iuraturi* Ex *animi ſententiâ, & gratulantes* Ex *ſententiâ dicimus. Non raro tamen & ſic locuti ſunt, vt ſenſa ſua dicerent: nam ſenſus corporis* * *vocabantur. Sed conſuetudo iam tenuit, vt mente concepta, ſenſus vocaremus: lumina autẽ, præcipueq́; in clauſulis poſita, ſententias. Quæ minùs crebra apud antiquos, noſtris temporibus modo carent.* Hoc itaque memoriâ teneamus, ex Quintiliano, ſentẽtias oratoribus vocari, *lumina, præcipuè in*

Quint. l. 8. c. 5. Inſt. orat.

**videbantur.*

 clau-

clauſulis poſita: de quibus & Cicero, dum ait, ſententias verbis finiendas, 3. de Oratore. Atque, vt ipſius tamen verbis vtar, in Oratore ipſo: *Nihil enim eſt aliud, Brute, (quod quidem tu minimè omnium ignoras) pulchrè & ornatè dicere, niſi optimis ſententiis verbiſq; lectiſſimis dicere.* Et eâdem mente eodem in opere: *Quamuis enim ſuaues graueſq; ſententiæ, tamen ſi inconditè poſitis verbis efferuntur, offendent aures, quarum eſt iudicium ſubtiliſſimum.* Et ne in immēſum eam, ab eo opere non abibo, & deſinam. *Res autem ſe ſic habet (vt breuiſſimè dicam, quod ſentio) compoſitè & aptè ſine ſententiis dicere, inſania eſt; ſententioſè autem ſine verborum & ordine & modo, infantia.* Clariùs etiam quàm Cicero, hanc ſignificationem expoſuiſſe videtur Seneca epiſt. 114. dum ait; *Aliàs ſenſus audaces, & fidem egreſſos placuiſſe, aliàs abruptas ſententias & ſuſpicioſas, in quibus plus intelligendum eſt, quàm audiendum.* Nec minùs expreſsè; fortè & magis clarè: *Sunt qui ſenſus præcidant, & hanc gratiam ſperent, ſi ſententia pependerit, & audienti ſuſpicionem ſui fecerit: ſunt, qui illos detineant & porrigāt.* Quæ quidem omnia vt mihi quàm certiſſima ſint, & obſeruatione digniſſima, vt huius tamen æui ſcabiem detergam; præcipuè de eo ſententiarum genere hoc capite agam, quod Græci γνώμας vocant: cuius eſt apud Priſcianum perbreuis finitio: *Sententia eſt oratio generalem pronuntiationem habens, hortans ad aliquam*

3. de Orat. *In Orat.* *Ibid.* *Ibid.* *Seneca, ep. 114.* *Priſc. de præex Rhet.*

aliquam rem, vel dehortans, vel demonſtrans, quale ſit aliquid. Hæc Grammatico non pudenda deſcriptio: magis Rhetorem loquitur, quam auctor ad Herennium adfert. *Sententia eſt oratio ſumpta de vitâ, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vitâ, breuiter oſtēdit, hoc modo: Difficile eſt primùm virtutem reuereri, qui ſemper ſecundâ fortunâ ſit vſus. Item: Liber is eſt exiſtimandus, qui nulli turpitudini ſeruit. Item: Egens æquè eſt is, qui non ſatis habet; & is, cui nihil ſatis poteſt eſſe. Item: Optima viuendi ratio eſt eligenda: eam iucundam conſuetudo reddet. Huiuſmodi ſententiæ ſimplices non ſunt improbandæ: propterea quòd habet breuis expoſitio, ſi rationis nullius indiget, magnam delectationem. Sed illud quoque probandum eſt genus ſententiæ, quod confirmatur ſubiectione rationis; hoc modo: Omnes benè viuendi rationes in virtute ſunt collocandæ. propterea quòd ſola virtus in ſuâ poteſtate eſt; omnia præter eam ſubiecta ſunt fortunæ dominationi. Item: Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſecuti ſunt, hi ſimul ac fortuna delapſa eſt, deuolant omnes. Cùm enim receſſit ea res, quæ fuit conſuetudinis cauſſa, nihil ſupereſt quare poſſint in amicitiâ retineri. Sunt item ſententiæ, quæ dupliciter efferuntur; hoc modo ſine ratione: Errant, qui in proſperis rebus omnes impetus fortunæ ſe putant fugiſſe: ſapienter cogitant, qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant. Cum ratione; hoc pacto: Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, falluntur: propterea quòd illa ætas illa* Cicero ad Her.

non

non eſt impedimento bonis ſtudiis: at hi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maximè caſtigant: vt quibus virtutibus omnem vitam tueri poßint, eas in ætate maturißimâ velint comparare. Multa hæc, & plura, quàm ſtyli cognitio poſtulat; aliquid tamen calamo concedendum libertatis, & euagandi facultatis, vt ſententiarum natura cognoſci poſſit, & varietas diſcerni. Quæ plurima verò Fabius adfert libr. 8. cap. 5. prætereuehentibus illa in hoc curſu reſpicere non erit importunum, quæ Cicero in Bruto, & in Oratore. Atqui in Bruto quidem de Hortenſio loquens, *Genera*, inquit, *Aſiaticæ dictionis duo ſunt. vnum ſententioſum & argutum; ſententiis non tam grauibus & ſeueris, quàm concinnis & venuſtis.* Ex quo intelligere eſt ſententias alias graues magis, alias venuſtas magis fuiſſe. In Oratore etiam obſcuras obſeruamus. De Thucydide enim hoc illius eſt iudicium: *Ipſæ illa conciones ita multas habent obſcuras abditaſq; ſententias, vt vix intelligantur. quod eſt in oratione ciuili vitium vel maximum.* Maximum illud ſanè, non ſolum tamen: quin imò neſcio, an maximum; ſi cum iis conferatur, quorum *minutæ languenteſq; ſententiæ.* Sunt & aliæ nec paucæ, nec obuiæ ſententiarum improbitates, quarum Seneca caſtigator acerrimus: *Non tantùm in genere ſententiarum vitium eſt, ſi aut puſillæ ſunt & pueriles, aut improbæ, & plus auſæ quàm pudore ſaluo licet: ſed ſi floridæ ſunt & nimis dulces, ſi in vanum*

Cic. de Horten. in Bruto.

Cic. in Orat.

Seneca ep. 114.

vanum exeunt, & ſine effectu, nihil amplius quàm ſonant. Hic tamen ipſe, aliorum non inficetus Ariſtarchus, apud Agellium vapulat, nec vnicâ plagâ. Lib. 10. cap. 2. *De Annæo Senecâ partim exiſtimant, vt de ſcriptore minimè vtili: cuius libros attingere nullum pretium operæ ſit, quòd oratio eius vulgaris videatur & protrita: res atque ſententiæ aut inepto inaniq́ impetu ſunt, aut vt leui, & quaſi dicaci argutiâ; eruditio autem vernacula & plebeia, nihilq́ ex veterum ſcriptis habens neque gratiæ, neque dignitatis.* Vultíſne & Quintiliani ferulam? Lib. 1. cap. 1. *Multa in eo claræq́ ſententiæ, multa etiam morum gratiâ legenda: ſed in eloquendo corrupta pleraque, atque eò pernicioſiſſima, quòd abundant dulcibus vitiis. Velles eum ſuo ingenio dixiſſe, alieno iudicio. Nam ſi aliqua contempſiſſet, ſi parum concupiſſet, ſi non omnia ſua amaſſet, ſi rerum pondera minutiſſimis ſententiis non fregiſſet, conſenſu potiùs eruditorum, quàm puerorum amore comprobaretur.* Adferrem C. Caligulam, niſi inteſtabilis iure merito cenſeretur: qui *Senecam commiſſiones meras componere, & arenam eſſe ſine calce* dicebat. Quorſum hęc tam multa de optimo viro fortiſſimoque philoſopho? Vt intelligatis ſententiarum dignitatem fugiendam non eſſe; ſed id vnicè prouidendum, ne quis ambitioſè nimiùm eas ſectari videatur. Quidquid enim benignè pro Annæo ſuo Lipſius, verè tamen Quintilianus c. 1. l. 10. & illud veriſſimè lib. 8. c. 5. *Sed nunc illud*

Agell. l. 10. c. 2.

Quint. l. 1. c. 1.

Suet. cap. 53.

Quint.

Digitized by Google

volunt vt omnis locus, omnis ſenſus in fine ſermonis feriat aurem. Turpe autem, & propè nefas ducunt, reſpirare vllo loco, qui acclamationem non petierit. Inde minuti corruptiq; ſenſiculi, & extra rem petiti. Neque enim poſſunt tam multa bona ſententia eſſe, quàm neceſſe eſt multa ſint clauſula. Vtinam acerrimus ille luxuriæ hoſtis paullùm in hac re frugalior fuiſſet! Aut vtinam ſaltem illi, quorum familiam duxit, familiares non inuerecundiſſimè & impudentiſſimè in ſententiarum côpiâ & affluentiâ nepotiari (vt ipſius vtar verbo) perrexiſſent inſolentiùs! Vt enim ipſe ſibi ne labeculam quidem vllam contraxiſſet: dedecorarunt ſanè ſanctiſſimi viri auctoritatem ſtolidiſſimi mimi. *Foret*, inquit ille, *optandum pares, aut ſaltem proximos illi viro fieri. Sed placebat propter ſola vitia, & ad ſe quiſque dirigebat effingenda, quæ poterat. Deinde cùm ſe iactabat eodem modo dicere, Senecam infamabat.* Hinc factum, vt quæ minùs crebra apud antiquos iis temporibus modo carerent. Quid multis opus? Cum Quintiliano finio. Neque enim hac de re aut facundiùs aut prudentiùs quidquam dici poſſit, quàm ab eo iam olim dictum fuit. *Denſitas earum* [ſententiarum] *obſtat inuicem. Vt in ſatis omnibus fructibuſq; arborum nihil ad iuſtam magnitudinem adoleſcere poteſt, quod loco, in quem creſcat, caret: nec pictura, in quâ nihil circumlitum eſt, eminet: ideoq; artifices, etiam cùm plura in vnam tabulam opera contulerunt,*

Quint. l. 10. c 1. — *l. 8. c. 5.* — *Quint.*

rũt, ſpatiis diſtinguunt; ne vmbræ in corpora cadant. Facit res eadem conciſam quoque orationem. Subſiſtit enim omnis ſententia: ideoq́; poſt eam vtique aliud eſt initium. Vnde ſoluta oratio, & è ſingulis non membris, ſed fruſtis collata ſtructurâ caret; cùm illa rotunda, & vndique circumciſa inſiſtere inuicem nequeant. Præter hoc, etiam color ipſe dicendi quamlibet clarus, multis tamen ac variis velut maculis conſpergitur. Porrò vt adfert lumen clauus purpuræ, loco inſertus, ita certè neminem deceat intexta pluribus notis veſtis. Quare licet hæc enitere, & aliquatenus extare videantur; tamen lumina illa non flammæ; ſed ſcintillis inter fumum emicantibus ſimilia dixeris: quæ ne apparent quidem, vbi tota lucet oratio: vt in ſole ſidera ipſa deſinunt cerni. & quæ crebris paruiſq́; conatibus ſe attollunt, inæqualia tantùm, & velut confragoſa, nec admirationem conſequuntur eminentium, & planorum gratiam perdunt. Hoc quoque accidit, quòd ſolas captanti ſententias, multas neceſſe eſt dicere leues, frigidas, ineptas. Non enim poteſt eſſe delectus, vbi numero laboratur. Præclarè hæc, & velut ab oraculo in ſententiarum nimis prodigam profuſamq́ue licentiam, quibus nepotuli iam noſtri per ſubſellia exultant: qui viuendi nec gnari nec ſolliciti tum ſibi omnem ſapientiam domum duxiſſe videntur, ſi quid ſententioſè dixerint; etiamſi inſulsè & inſipidè: Eſt tamen & alius non paucorum morbus, cui ex eodem alexipharmacum dabo. *Huic quibuſdam con-* *Quint.*

trarium

trarium ſtudium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo voluptatem, nihil probantes, niſi planum & humile, & ſine conatu. Ita dum timent, ne aliquando cadant, ſemper iacent. Quod enim tantum in ſententiâ bonâ crimen eſt? Non cauſſæ prodeſt? non iudicem mouet? non dicentem commendat? At eſt quoddam genus, quo veteres non vtebantur. Ad quam vſque nos vocatis vetuſtatem? Nam ſi ad illam extremam: multa Demoſthenes, quæ ante eum nemo. Quomodo poteſt Ciceronem probare, qui nihil putat ex Catone Gracchiſq; mutuãdum? Sed ante hos ſimplicior adhuc loquendi ratio fuit. Extrema duo deſignauit Rhetor optimus; iam tandem quod mediũ eſt, id eſt, quæ virtutis ſedes ac regia, ad quam anhelant omnes, ſolis velut radiis, ingenioſè depingit. *Ego verò hæc lumina orationis, velut oculos quoſdam eſſe eloquentiæ credo. Sed neque oculos eſſe toto corpore velim; ne cætera membra officium ſuum perdant: & ſi neceſſe ſit, veterem illum horrorem dicendi malim, quàm iſtam nouam licentiam. Sed patet media quædam via: ſicut in cultu victuq; acceſſit aliquis citra reprehenſionem nitor: quem, ſicut poſſumus, adiiciamus virtutibus. Prius tamen ſit vitiis carere: ne dum volumus eſſe meliores veteribus, ſimus tantùm diſſimiles.*

Digitized by Google

CAPVT XVI.

De inciſis, membris, periodis.

REm aggredior, in quâ non nulli vnicam ſtyli orationiſque vim conſtitutam eſſe putauerunt, quam Cicero lib. de Oratore omnium ſe accuratiſſimè ampliſſimeque perſecutum eſſe gloriatur: de quâ dum loquuntur omnes, tam inconſultè non nulli decernunt, vt neque ipſas quidem voces, id eſt, rerum notas, & commentationum noſtrarum interpretes intelligere videantur. De his igitur primùm non multa quidem Græculorum more; non nulla tamen, vt præcipientibus mos eſt, dicenda iudicaui. *Inciſum*, inquit Fabius, *erit ſenſus, non expleto numero concluſus; pleriſque pars membri.* Auctor ad Herennium alio id nomine deſcribit lib. 4. *Articulus dicitur, cùm ſingula verba interuallis diſtinguuntur cæſâ oratione.* Atque hæc quidem minima pars orationis: huic proxima, membrum. *Membrum autem* (eiuſdem Fabij ſunt) *eſt ſenſus numeris concluſus; ſed à toto corpore abruptus, & per ſe nihil efficiens.* Auctor ad Herennium: *Membrum orationis appellatur res breuiter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuò alio membro orationis excipitur.* Ad periodum venio, *quam* (vt Cicero ait) *tum ambitum, tum circuitum, tum*

Fabius. **Cic. ad Heren.** **Fabius.** **Cic. ad Heren.** **In Orat.**

comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem appellamus. Huius ex Tullio illa deſcriptio: Periodus eſt, *cùm tanquam in orbe incluſa currit oratio, quoad inſiſtat in ſingulis perfectis abſolutiſq; ſententiis.* Atque hic vnus omnium inſtar. Cuius etiam ex Oratore verba latiùs deſcribere viſum, vt exemplis res fiat illuſtrior. *Conſtat enim ille ambitus, & plena comprehenſio, è quatuor ferè partibus, quæ membra dicimus, vt & aures impleat, & ne breuior ſit, quàm ſatis ſit, neque longior. Quanquam vtrumque non nũquam, vel potiùs ſæpè accidit, vt aut citiùs inſiſtendum ſit, aut longiùs procedendum, ne breuitas defraudaſſe aures videatur, neúe longitudo obtudiſſe. Sed habeo mediocritatis rationem. Nec enim loquor de verſu, & eſt liberior aliquanto oratio. E quatuor igitur, quaſi hexametrorum inſtar verſuum quod ſit, conſtat ferè plena comprehenſio. His in ſingulis verſibus, quaſi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus. Sin membratim nolumus dicere, inſiſtimus. Idq;, cùm opus eſt, ab iſto curſu inuidioſo facilè nos & ſæpè diſiungimus. Sed nihil tam debet eſſe numeroſum, quàm hoc quod minimè apparet, & valet plurimùm. Ex hoc genere illud eſt Craßi: Miſſos faciant patronos: ipſi prodeant. Niſi interuallo dixiſſet, Ipſi prodeant, ſenſiſſet profectò effluxiſſe ſenarium. omnino meliùs caderet: Prodeant ipſi. Sed de genere nunc diſputo. Cur clandeſtinis conſilijs nos oppugnant? cur de perfugis noſtris copias comparant contra nos? Prima ſunt illa duo, quæ*

Cicero.

Cic. in Orat.

κόμματα

κόμματα Græci vocant, nos Inciſa dicimus: demum tertium, κῶλον illi, nos Membrum. Sequitur non longa (ex duobus enim verſibus, id eſt membris, perfecta eſt) comprehenſio: & in ſpondeos cadit. Et Craſſus quidem ſic plerumque dicebat: idq; ipſe genus dicendi maximè probo. Sed quæ inciſim, aut membratim efferuntur, ea vel aptiſſimè cadere debent. vt eſt apud me: Domus tibi deerat? at habebas: pecunia ſuperabat? at egebas. Hæc inciſa dicta ſunt quatuor. At membratim, quæ ſequuntur duo: Incurriſti amens in columnas: in alienos inſanus inſaniſti. Deinde omnis tanquam crepidine quadam comprehenſio longior ſuſtinetur: Depreſſam, cæcam, iacentem domum pluris, quàm te, quàm fortunas tuas æſtimaſti. Hæc vbi legeris, in mentem mox veniat, & inciſa & membra ad periodum conſtituendam conſpirare; & aliud tamen eſſe per ambitus ambitiosè, ſi fas dicere, orationem voluere, aliud inciſim & membratim carpere. Fabius porrò duplicem comprehenſionem inuenit lib. 9. cap. vlt. *Genera eius ſunt duo: alterum ſimplex, cùm ſenſus vnus longiore ambitu circumducitur: alterum, quod conſtat membris & inciſis, quæ plures ſenſus habent.* Præclarè id quidem; nec aliud tamen incolumi veritate docere conatur, quàm eas orationis partes, quas inciſa vel membra vocamus, quandoque velut in corpus aliquod, ſic in periodum conuenire, vt cæcis iuncturis coaleſcant: quandoque verò ſubſiſtere quaſi & ſeſe colligere, *Fab. l. 9. c. vlt.*

& ſuâ breuitate ſpectari velle; non iam quaſi in corpore cum reliquis artubus, ſed per ſe viſendas: ac tum id eſſe, quod dicimus inciſim vel membratim orationem contexere. Nec pluribus opus arbitror, vt rei natura intelligatur: de vſu adiiciam pauca. Tullius lib. 3. de Oratore: *Clauſulas enim atque interpuncta verborum animæ interclusio atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt. Id inuentum eſt ita ſuaue, vt, ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. Id enim noſtris auribus gratum eſt inuentum, quod hominum lateribus non tolerabile ſolùm, ſed etiam facile eſſe poſſit. Sed hic naturæ modus eſt; artis alius.* Quis ille artis modus? Numeros requirit: de quibus cùm ibi, tum alibi Orator admodum numeroſè. Sed eos ad ſequentem palæſtram reiicio. Huic verò loco id etiam congruit, quod eodem in libro eſt cùm de antiquis loquitur & priſcis oratoribus. *Hanc diligentiam ſubſequitur modus etiam & forma verborum. quod iam vereor ne huic Catulo videatur eſſe puerile. Verſus enim veteres illi propemodum in hac ſolutâ oratione, id eſt numeros quoſdam nobis eſſe adhibendos putauerunt. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ: neque librariorum notis, ſed verborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in oratione eſſe voluerunt.* Nimiùm iam ſanè à re digreſſus ſum, & propè importunè in diſceptationem de numeris irrui. Opportuniùs pro hac diſſertatiunculâ in Oratore Cicero

Cic. l. 3. de Orat.

Cic. ib.

Digitized by Google

Cicero docet exornationibus, & principijs cauſſarum, & narrationibus interdum & epilogis ſinuoſas illas comprehenſiones conuenire; *in contentionibus autem inciſim & membratim tractam orationem plurimùm valere: maximeq; his locis, cùm aut arguas, aut refellas.* Cui & illa adnectit: *Nec vllum genus eſt dicendi aut melius aut fortius, quàm binis aut ternis ferire verbis, non numquam ſingulis, paullò aliàs pluribus: inter quæ varijs clauſulis interponit ſe raro numeroſa cōprehenſio.* Iam, vt arbitror, procliue eſt, interpunctionum & vſum & naturam cognoſcere. Illud verò hîc omnium eſt difficillimū, quod in rebus cæteris, modum ſeruare. Quidam enim omnia in comprehenſiones glomerant faſtidioſas ſæpè, & languidas: alij autem vellunt, carpunt, incidunt omnia. Cicero de Orat. *Flumen aliis verborum volubilitaſq; cordi eſt: qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: diſtincta alios & interpuncta interualla, moræ reſpirationeſq; delectant.* An non talem olim fuiſſe prudenter auguremur, de quo Philoſophus epiſt. 40. ad Lucilium? *Audiſſe,* inquit, *te ſcribis Serapionem philoſophum, cùm iſtuc applicuiſſet, ſolere magno curſu verba conuoluere, quæ non effundit vnà, ſed premit & vrget. Plura enim veniunt, quàm quibus vox vna ſufficiat.* Et poſt non multa: *Q. Haterij curſum, ſuis temporibus oratoris celeberrimi, longè abeſſe ab homine ſano volo. Nunquam dubitauit, nunquam intermiſit: ſemel incipiebat, ſemel*

Cic. in Orat.

In Orat.

deſinebat. Quædam tamen & nationibus puto magis vel minùs conuenire. In Græcis hanc licentiam tuleris: nos etiam cùm ſcribimus, interpungere conſueuimus. Cicero quoque noſter, à quo Romana eloquentia exilijt, gradarius fuit. Romanus ſermo magis ſe circumſpicit, & æſtimat. Gradarius certè fuit Cicero. Nam & pedes conſultò figit, nec properat vnquam inconcinnè, quamuis interdū, cùm res poſtulat, accelerare videatur. Ne quæſo temerè quis obganniat, & me incuſet amariùs, quòd orationis præcipitem curſum cum eâ ſcribendi ratione coniungam, quæ in numeroſas circumſcriptiones nimis effusè prolabitur. Scio eadem non eſſe vitia; ſed confinia. Eadem iudicare quî poſſim, cùm idem philoſophus Ciceronem illum gradarium, illum eloquentiæ parentem non vno verberet conuicio, quòd in verbis componendis diſcinctior fuerit, quàm virum fortem deceat?

Ep. 114. *Quid de illâ loquar* (compoſitione) *in quâ verba differuntur, & diu exſpectata vix ad clauſulas redduntur? Quid de illâ in exitu lentâ; qualis Ciceronis eſt, deuexa & molliter deſinens, nec aliter quàm ſolet, ad morem ſuam pedemq; reſpondens?* Non ego quidem Ciceronem traducere velim: fateri tamen cogor, non omnino in periodis immane producendis meritam ſuorum reprehenſionem declinaſſe. Longè tamen inſolentiùs nouelli non nulli ornatiſſimi huius viri libertatem æmulati ſunt; ideoque incautis quibuſ-

dam

Digitized by Google

dam anſam dederunt in Charybdim incurrendi, dum Scyllam euitare conantur. Quorum, vt Thraſymachi quondam, *ſatis arguta multa, ſed minuta, verſicolorumq; ſimilia, nimiúq; depicta.* Ne dicam Hegeſiæ adinſtar ſaltitare eos incidentes particulas. *Sunt enim, qui illo vitio, quod ab Hegeſiâ maximè fluxit, infringendis concidendiſq; numeris in quoddam genus abiectum incidant, Siculorum ſimillimum.* Horum etiam è ſcholis prodeunt, quibus, vt ille quondam P. Vinicio, inclames non immeritò: *Dic vel nunquam dicas.* Ciceronem ſi quis minùs probet, Craſſum non improbet Ciceroni laudatum. ſed imitetur citra culpam. De eius dictione Cicero in Bruto: eius, inquam, quem maximè ſuſpicit, quem vnum in dicendo deum celebrat: *Quin etiam comprehenſio & ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellare placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, diſpertiebat orationem libentiùs.* Denique, vt cõcludam breuiter: comprehenſiones, membra, & inciſa ita ò multa conſpirent, & gregatim velut & agminatim incedant; ſpargantur potiùs, & inter ſe miſceantur venuſtè amico conſortio; magis tamen minúſve hæc aut illa dominentur pro rerum perſonarumque genio, cui orator ſeruire debet, quem colere & venerari, ſi pro dignitate oratoris munus ſuſtinere deſideret. Vnum inſuper eſt, quod licet ſeſe obuiàm non ingerat,

Cic. in Bruto.

Digitized by Google

circa viam tamen oberrans inſinuare conatur, quod iam antè velut in tranſitu ſalutauimus, quod nec modò contemnendum arbitror: quia nec olim Seneca contempſit: *æquè*, inquit, *ſtillare* (orationem) *nolo, quàm currere; ne extendat aures, nec obruat; perennis ſit vnda, non torrens.* Aliquando tamen & fluctuet & æſtuet; dummodo is ſit orator, qui norit

Seneca.

Et premere imperio, & laxas dare iuſſus habenas.

CAPVT XVII.

De litterarum ſyllabarumq́ concurſu, ſiue iuncturâ.

NOuus hîc campus, noua ſepta: in quibus nunc etiam Ciceronis præcipuum regnum erit. Et primùm quidem de Thucydide ſuffragia ſunt, quem Oratoris noſtri premit accuſatio, quòd vocalium conflictu nimis hiulcam aſperamque orationē poſteris tranſmiſerit. Non huic tamen magnopere pertimeſcendum; ſed illius potiùs inſulſis admiratoribus: *qui dum mutila quædam & hiantia locuti ſunt, quæ vel ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant eſſe Thucydidas.* Hos ille Vatiniano pluſquam odio proſequitur. Quid mirum? *Nemo tam ruſticus eſt, qui vocales nolit coniungere.* Ipſum, ipſum audiamus Tullium: ipſius arbitrio nos committamus. *Collocatio*, inquit,

In Orat.

Ibid.

Li. 3. de Orat.

Digitized by Google

inquit, *ſeruanda verborum, quæ iunctam orationẽ efficit, quæ cohærentem, quæ lenem, quæ æquabiliter fluentem. Id aſſequemini, ſi verba extrema cum conſequentibus primis ita iungetis, neúe aſperè concurrant, neúe vaſtiùs diduçantur.* Hac induſtriâ coagmentatam deſiderat verborum artificiosè conſtructorum ſeriem: ne aures offendant, *quarum iudicium eſt ſuperbiſſimum.* Quod quidem vt in Græcis non nimis morosè efflagitemus interdum; in Latinis ſanè negligere non poſſumus. Quis enim nõ aſſentiatur Ciceroni, dum horridulas antiquorum orationes, & poëtarum hiantia metra reprehendit? quòd Latinis, ne ſi cupiant quidem, diſtrahere voces conceditur. Quis non aſſentiatur cui aures ſunt? Itaque proſcribantur illi apud Senecam deſcripti: *qui præfractam & aſperam* (compoſitionem) *probant: diſturbant de induſtriâ, ſi quid placidiùs effluxerit: nolunt ſine ſalebrâ eſſe iuncturam: virilem putant & fortem, quæ aures inæqualitate percutiat.* Non exiguas præceptionum copias, quæ in Rhetorum caſtris hoc in bello militant, ſub ſignis producerem, niſi recordarer, non Rhetoricam profitendi munus me ſuſcepiſſe, ſed de ſtylo ferendi iudicium. Itaque prætereo illa, quæ laboriosè Cicero de veterum ſtudio in litteris blandè leniendis, verbiſque, vt ſic dicam, ſub aſciâ deformandis in Oratore conſcripſit: ea verò, quę Fabius lib. 9. cap. 4. nitidè & diductè commemorat, ſatis

Seneca.

habuero delibaſſe, illudque monuiſſe: vt longarum imprimis vocalium, earumque præſertim, quæ cauo & patulo proferuntur ore, frequens occurſatio declinetur: neúe conſonátes aſperiores ſeuerioreſque in commiſſurâ verborum rixentur proteruiùs: neu præcedentis vocabuli finales ſyllabæ in principio ſequentis reſumātur putidiùs. His ita prætermiſſis, aut delibatis, iuuat Tullij proferre ſententiam: qui nō tantùm verba iracundè quodammodo & procaciter congredi vetat, verùm vnumquodque perquam manſuetè pronunciari iubet. *Nolo exprimi litteras putidiùs; nolo obſcurari negligentiùs: nolo verba exiliter animata exire; nolo inflata, & quaſi anhelantia grauiùs.* Et paucis interiectis: *Ruſtica vox & agreſtis quoſdam delectat, quò magis antiquitatem, ſi ita ſonet eorum ſermo, retinere videantur: vt tuus, Catule, ſodalis L. Cotta gaudere mihi videtur grauitate linguæ, ſonoq; vocis agreſti: & illud, quod loquitur, priſcū viſum iri putat, ſi planè fuerit ruſticanū.*

Cicero.

Vereor iam tandē ne illud Perſij in me ludat:

Quis populi ſermo eſt? quis enim? niſi carmina molli
Nunc demum numero fluere, vt per laue ſeueros
Effundat iunctura vngues? ſcit tendere verſum,
Non ſecùs ac ſi oculo rubricam dirigat vno.

Vereor, inquam, ne effeminare ſtylum, & quaſi mulierare iudicer. Non ea mens eſt. Noui Ciceronem & Demoſthenem modicè curioſos circa hanc rem fuiſſe; & modum cupio.

pio. Humanum arbitror, & laude non indignum, vocalium confluxu interdum non ingratam negligentiam indicari hominis de re magis quàm de verbis laborantis. Probare tamen non poſſum antiquariorum quorundam; non oratorum, ſed caprimulgorum potiùs aut foſſorum contemptum infamẽ, quo auditores ſpernere videntur: dum hiſpidâ & ſcabrâ dictione aures radunt. Hoc denique ſciſco ac Tullio cõſciſco conſcioque. *Solutum quiddam ſit; nec vagum tamen: vt ingredi liberè, nõ vt licenter videatur errare: verba etiam verbis quaſi coagmentare negligat. Habet enim ille tanquam hiatus concurſu vocalium molle quiddàm, & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis quàm de verbis laborantis. Sed erit videndum de reliquis, cùm hæc duo ei liberiora fuerint, circuitus conglutinatioq; verborum. Illa enim ipſa contracta & minuta non negligenterq; tractanda ſunt; ſed quadam etiam negligentia eſt diligens. Nam vt mulieres eſſe dicuntur nõ nullæ inornatæ, quas id ipſum deceat: ſic hæc ſubtilis oratio etiã incompta delectat. Fit enim quiddã in vtroque, quo ſit venuſtius; ſed non vt appareat.* Ea mens eſt: vt nec ſubmiſſus ille quidẽ & humilis, & cõſuetudinẽ imitans orator ab indiſertis re plus quã opinione differẽs, quẽ ſolùm vocabãt Atticũ, qui Ciceronẽ Aſiaticũ eſſe volebãt, omnino huius artis ignarus ſit, aut ignauus. Quid igitur ille ſublimis? Ipſum cõſule eo in genere florẽtiſſimũ.

In Orat.

C A-

CAPVT XVIII.

De numeris.

SI quâ in re oratorum varia fuit diſcorſque ſententia, in hac profectò vel maximè fuit, dum alij numeros nimis ſollicitè venerantur, alij nimis abiectè & perditè negligunt atque contemnunt. De prioribus illis cap. 4. à nobis dicta non pauca: *quorum*, vt Seneca ait, *non eſt compoſitio, modulatio eſt: adeò blanditur, & molliter labitur.* At verò *Domitius Afer traiicere in clauſulas verba, tantùm aſpirationis gratiâ ſolebat. Adeò refugit teneram delicatamq́; modulandi voluptatem: vt currentibus per ſe numeris, quò eos inhiberet, obiiceret.* Vtrique meo iudicio vitioſi, dum vitium effugiunt. Quis honeſtam voluptatem recuſet nullo incommodo? Numerorum dum caſtè adamantur, quod damnũ eſt? Quantum eorundem, niſi ad nauſeam & faſtidium delicioſi ſint, quàm ſuaue orationis condimentum, & oblectamentum animorum? Hoc *qui non ſentiunt quas aures habeant, aut quid in his hominis ſimile ſit, neſcio. Meæ quidem perfecto completoq́; verborum ambitu gaudent, & curta ſentiunt, nec amant redundantia. Quid dico meas? Conciones ſæpè exclamare vidi, cùm aptè verba cecidiſſent.* Quid plura? multis ſanè argumentis numerorum ſplendorem, eumque nõ

Seneca.

fine

ne neruis & lacertis ornatum ac cultum Cicero & Quintilianus deprædicant. *Vnum etſi ortè non eſſet robuſtum, per ſe tamen iucundum & nemoriâ dignum proferre iuuat. Pythagoreis certè noris fuit, cùm euigilaſſent, animos ad lyram exci-are, quò eſſent ad agendum erectiores: & cùm ſomnum peterent, ad eandem priùs lenire mentes, vt, ſi quid fuiſſet turbidiorum cogitationum, componerent. Quòd ſi numeris & modis ineſt quædam tacita vis, in oratione eſt vehementiſſima. Quantumq́; intereſt ſenſus idem quibus verbis efferatur, tantum verba eadem quâ compoſitione vel in exitu iungantur, vel fine claudantur.* Veriſſima hęc ſunt, non inficior; ſed neque nimis verum, quod Cicero magis prudenter animaduertit, quàm vitauit: id curandum imprimis, nihil vt circa numeros nimis elaboratè, id eſt affectatè, tumultuetur orator: neúe in eoſdem ſæpiùs coniiciatur oratio. Animaduertit id quidem Cicero, non vitauit. Hinc ea, quam ex * Tacito & Senecâ produximus in florentiſſimum oratorem non omnis rationis expers inſectatio ac criminatio. Dum ille exemplis productis, hic generali velut problemate oratorum principem irridet, & naſo ſuſpendit adunco. Quare licet turpe ſit, inſcitum & agreſte, ἀνάριθμον eſſe compoſitionẽ; eam tamen excuſari faciliùs poſſe autumo, quàm εὔρυθμον. Minùs enim offendit vernaculus quidam candor, & dominata ſimplici-

Quint.

* *ſi tamẽ Tacitus.*

tas,

tas, quàm laborioſa, & ſudata nimiũ peregrinarum atque exoticarum artium morumque oſtentatio. Itaque numerorum ingenuam quandam modulationem non improbo; ſed laudo potiùs, ſi quis vtatur induſtriè. Malo tamen ruſticanum ſtragulũ, quàm meretricis pallium: dum viro apud viros diſſerendum eſt. Apage Thraſymachum, Gorgiam, Theodorum, *multoſq; alios; quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates*: quos nec Iſocrates quidem probauit. Herodotum malo vel Thucydidem, *qui longiſſimè à talibus deliciis, vel potiùs ineptiis abfuerunt*. Hos, inquam, malo: eoſque vel Iſocrati præpoſuero: à quo tamen manſuefacere orationem ſi quis didicerit, non improbo. dummodo id caueat, ne velut in orcheſtrâ mimicè fluant pedes. Sit colorata, ſed robuſta; non ſilueſtris, ſed virilis. Quid multis? Ciceronem legite, qui pleniùs planiuſque hac de re diſſertauit: quique ſagaciùs numerorum præcepta expoſuit, quàm ex iiſdem præceptis orationem ſuam inſtituit. Exſurge, Perſi, & de plauſtro aliquid; imò de philoſophorum ſcholâ in cirratulos illos declamita:

Sed numeris decor eſt, & iunctura addita crudis.
Claudere ſic verſum didicit Berecynthius Atys:
Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin:
Sic coſtam longo ſubduximus Apennino.
Arma virũ. nõne hoc ſpumoſũ, & corticepingui,
Vt ramale vetus vegrandi ſubere coctum?

Quid

Quidquā igitur tenerū, & laxâ ceruice legēdū?
Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis,
Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris, & lyncem Mænas flexura corymbis,
Euion ingeminat: reparabilis aſſonat Echo.

CAPVT XIX.

Quòd ex dictis ſtylus fingendus. Quid in ſtylo præcipuum. Quomodo naturæ cuiuſque ratio habenda.

QVem tandem fugit, non vnâ aliquâ in re ſtyli vim & naturam (quam explicare difficillimum eſt) ſed in multis ſimul magniſque conſiſtere; cùm videat 18. à nobis capitibus ea ſola deſignari, quibus tanquam articulis & membris hoc corpus componitur? Corpus, inquam, ſupereſt enim illius animus ac ſpiritus indagandus. quam partem quidem principem eſſe nemo inficias ierit, quam tamen ipſam, velut hominis mentem, magis agnoſcimus, quàm cognoſcimus. Hoc tamen in hiſce tenebris, tantaque rerum caligine admonendo exclamare fas ſit: *Ne his, quibus ad vitanda vitia iudicij ſatis eſt, ſufficiat imaginem virtutis effingere, & ſolam, vt ſic dixerim, cutem: vel potiùs illas Epicuri figuras, quas à ſummis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui non introſpectis penitus virtutibus, ad primum ſe velut adſpe-* *Quint. lib. 10. cap. 2.*

affectum orationis æquarunt: & cum iis feliciſſime ceſsit imitatio, qui verbis atque numeris ſunt non multùm differentes, vim dicendi atque inuentionis non aſſequuntur, ſed plerumque declinant in peius, & proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntq; pro grandibus tumidi, preſsis exiles, fortibus temerarij, lætis corrupti, compoſitis exultantes, ſimplicibus negligentes. Ideoq; qui horridè atque incompoſite quidlibet frigidum illud & inane extulerunt, antiquis ſe pares credunt: qui carent cultu atque ſententiis, Attici ſcilicet: qui præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant: triſtes ac ieiuni Pollionem æmulantur: otioſi & ſupini, ſi quid modo longiùs circumduxerunt, iurant ita Ciceronem locuturum fuiſſe. Noueram quoſdam, qui ſe pulcrè expreßiſſe genus illud celeſtis huius in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, Eſſe videatur. Hæc vtinam legerent, & frequentiùs in memoriam reuocarent vel nouorum nuper hominum, vel antiquorum & multis olim imaginibus inſigniũ virorum ridiculi, ſi fas dicere, paraſiti: Aſt fortè contra nos contendet eorum aliquis, & opponet illud vulgatum: *Ea quæ in oratore maxima ſunt, imitabilia non ſunt, ingenium, inuentio, vis, facultas, & quidquid arte non traditur.* Sit ita in alterius corpus per Pythagoreorum metempſychoſin commigrare non datur; attamen à ſobrio ſobrietatem, ab excitato & vegeto & erecto eſt aliquid, quod ad nos deriuemus;

uemus; non idem, ſed ſimile: quodque illius iam non ſit, ſed noſtrum. Fuit, quod à Socrate Diogenes diſceret: fuiſſet, quod à Diogene Socrates, ſi tempus induſiſſet. Et tamen Diogenes non idem Socrates, ſed Socrates furens apud antiquos appellatur. Quid plura? & plantas, & fruges, fructuſque quoſlibet, & omne propemodum animalium genus ad cibum, totque liquorum genera ad potum vſurpamus, nec tamen in illa abimus, & à naturâ noſtrâ deſciſcimus; ſed illa ipſa in nos deſertâ indole ſuâ conuertuntur vniuerſa. Itaque Rhetoricæ magiſtrum cupio, ex Quintiliani decreto, in oratoribus enarrandis hæc obſeruare: *Quodq; in inuentione, quodq; in elocutione notandum erit: quæ in proœmio conciliandi iudicis ratio; quæ narrandi lux, breuitas, fides: quod aliquando conſilium, & quàm occulta calliditas. Namque ea ſola in hoc ars eſt, quæ intelligi, niſi ab artifice, non poſſit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia: quàm ſubtilis & crebra argumentatio: quibus viribus inſpiret: quâ iucunditate permulceat: quanta in maledictis aſperitas, in iocis vrbanitas: vt denique dominetur in affectibus, atque in pectora irrumpat, animumq; iudicum ſimilem iis, quæ dicit, efficiat: tum in ratione eloquendi quod verbum proprium, ornatum, ſublime: vbi amplificatio laudanda; quæ virtus ei contraria: quid ſpecioſè tranſlatũ: quæ figura verborum: quæ lenis & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio.* Hæc vbi fecerit, vniuſcuiuſque *Quint.*

iuſque diſcipuli naturam accuratè circumſpiciet. *Hoc* enim *doctoris intelligentis eſt, videre, quò ferat natura ſua quemque, & eâ duce vtentem ſic inſtruere, vt Iſocratem acerrimo ingenio Theopompi, & leniſsimo Ephori dixiſſe traditum eſt; alteri ſe calcaria adhibere, alteri frænos.* Quæ quidem omnibus magiſtris conſtituta velim & obſeruata perenniter; etiam tibi, quicunque es, ſi tibi magiſter es. An & illud, quod Fabius

Fab. l. 2. c. 8. præſcribit lib. 2. cap. 8. *Ita præceptorem eloquentiæ, cùm ſagaciter fuerit intuitus, cuius ingenium preſſo limitatoq; genere dicēdi; cuius acri, graui, dulci, aſpero, nitido, vrbano maximè gaudeat, ita ſe commodaturum ſingulis, vt in eo, quo quiſque eminet, prouehatur. Quòd & adiuta curâ natura magis eualeſcat: & qui in diuerſa ducatur, nec in iis, quibus minùs aptus eſt, ſatis poßit efficere: & ea, in quæ natus videretur, deſerendo, faciat infirmiora?* Et illud omnino immotum eſſe velim; quamuis Fabius non nullibi leuiter vacillet. Quis Ciceroni acerrimè pro hac re contendenti refragari audeat? Lib. 3. de Orat. nihil illo ſtudioſiùs inculcat, atque ingenti exemplorum aggere propugnat. Pauca è multis pro more no-

Cic. 3. de Orat. ſtro dabimus: *Adſpicite nunc eos homines atque intuemini, quorum de facultate quærimus: quid interſit inter oratorum ſtudia atque naturas. Suauitatem Iſocrates, ſubtilitatem Lyſias, acumen Hyperides, ſonitum Aeſchines, vim Demoſthenes habuit. Quis eorum non egregius? tamen quis cuiuſquam,*

niſi

niſi ſui ſimilis? Grauitatem Africanus, lenitatem Lælius, aſperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo, & canorum. Quis horum non princeps temporibus illis fuit? Sed ſuo tamen quiſque in genere princeps. Hæc Tullius. Atqui vt Catulum, vt Cæſarem, vt Cottam, vt Sulpitium, vt Craſſum, vt Antonium diſſimillimos inter ſe prætercam, quorum tamen nullum, niſi ſui ſimilem veſis, ſic concludo: *Natura nulla eſt (vt mihi videtur) quæ non habeat in ſuo genere res complures diſſimiles inter ſe, quæ tamen conſimili laude dignentur.* Ne det igitur in compedes ſeſe & cataſtas orator, cùm liber, cùm ingenuus ſit. ſequatur naturam, ſed perficiat. *At exiſtimaui,* inquies cum Cicerone in Oratore, *in omnibus rebus eſſe aliquid optimum.* Sit ita: quamuis ſæpiùs id ipſum neget ille ipſe Cicero: ſit tamen ita; dummodo talis ſit orator, *quem nunquam vidit Antonius: aut qui omnino nullus vnquam fuit: quemq́; imitari atque exprimere non poſſumus: quod idem ille vix Deo conceſſum eſſe dicebat.* Dummodo talis ſit orator ille Ciceronis, qualis reſpublica Platonis, Zenonis ſapiens. *At prima ſequentem honeſtum erit in ſecundis tertijſq́; conſiſtere.* Id ipſum volo, atque vt conſiſtas, ſequere naturam ducem: ita tamen vt caueas ne in abrupta recedas aut præcipitia: ad ſumma erigere non alienæ poſſeſſionis faſtigia, ſed propriæ. Quod igitur ad Dei Deiparæque Virginis gloriam ſit: oratorem ho- *Cic. in Orat.*

die manu mitto: nolo eum ſeruire, ſed imitari: det ſe in clientelam Ciceroni, non mancupio tradat. Diſtorta ſunt omnia quæ violenta.

DIS-

Digitized by Google

DISCEPTATIO QVODLIBETICA DE PVLCHRITVDINE B. VIRGINIS MARIÆ.

NOVVM fabricata pomum diſcordia, non iam quidem inter profanas deorum comeſſationes, ſed ſobrias inter Philoſophorum ſcholas opinionum diuortia ſerere, & nouam Tragœdis ſcenam adornare molitur. Sed ventos arat, & in aëre ſementem facit, nec de ſpinis, quam ſolet, meſſem colliget, in perniciale veritatis exitium. Non præluditur hîc Troiano incendio, nullus Paris Helenam deperit: Maria in pulcritudinis certamen deſcendit, & apud vos cauſſam dicit, de quâ iam pridem omnium Patrum, omnium Theologorum, omnium, quotquot hac in re iudices conſederunt, hiſtoricorum calculis, in illius fauorem pronuntiata ſententia. Itaque magis verendum eſt, ne in campo Martio contra palum crate ſolùm & fuſte luctari videar; quàm, ne quid aggrediar dignum amore in Mariam noſtro,

dignum veſtro. Quia tamen hoc lilium inter ſpinas, inter tot, inquam, hæreticorum calumnias, & probra, & maledicta, & de ganeis ac luſtris tabernaria (vt ait ille) conuicia, ſine vulnere, ſine plagâ, ſine vllâ cicatrice animosè caput exerens; neſcio quid auræ minùs fauentis afflare, & venuſtatem illius hebetare, & amœnitatem abradere, & candidiſſimam integerrimamque pulcritudinem detergere conatur, antequam ſæuiat aſperiùs, inconſultæ licentiæ obuiàm eundum eſſe iudicaui. Dabitis autem veniam, ſi quid in rem dixero contentè, ſi quod lacertoſiùs pugnauerit argumentum, ſi neruis omnibus incubuerit oratio; dummodo neminem petat, niſi vltrò ſeſe ingerentem. Non hîc, vt in Lesbo quondam, aut apud Elidem & Alpheum ludicra concertatio: non bellatur hîc pro Hippodamiâ à Pelope, pro Deianirâ ab Hercule, pro Lauinia à Turno aut Æneâ, pro Aſpaſiâ à Pericle; ſed pro auguſtiſſimâ cælorum terrarumque Imperatrice à Chriſtiano, quique à primâ ætate Sodalitio Virginis nomen adſcriptum ſolam nouit nobilitatis imaginem, quique hanc ſperat vnicam ſibi fore patronam, dum mortalium patronorum fruſtra ſudabit induſtria. Atque vt tandem aliquando ad cauſſam veniamus, ſic primùm ſtatuo, nullum fuiſſe corporis animique decus, nullum ornamentum, quo non ſponſam ſuam Deus opt.
max.

max. condecorarit præſtantiùs longè magiſ-ſque eximiè, quàm vllum condecorarit hominum, vllum diuorum. Quod cùm grauiſſimorum Patrum teſtimoniis, vallis velut & foſſis munitum ſit, illorum auctoritate in ſubſidijs quodammodo relictâ vlteriùs proficiſcor, illudque contendo, pulcritudinem inter naturæ bona, & nobiliſſima cimelia numerandam eſſe: longeque optandam magis, & omni laude ac prædicatione digniorem membrorũ ſuauiſſimam harmoniam, & colorum gratiſſimum honeſtiſſimumque concentum, quàm ſi corpus, ſi facies, ſi vultus minùs perfecta exactaque fuerint. Ex quibus illud colligo faſceatim, bona quidem omnia, & inter omnia, pulcritudinem præ reliquis Deo cariſſimis magnæ Matri ſingulari priuilegio, illuſtri dignitatis prærogatiuâ conceſſam eſſe. Quis inficias ierit, pulcritudinem inter bona numerandam? Aut quibus inſtructus diſciplinis, quibus litteris, quibus fretus monumentis inficias ierit? Mearum partium ſunt Theologi, Iuriſconſulti, Medici, Philoſophi, & quicunque ſcientijs humanioribus expoliti. Nullum in ſe adinſtar momenti habet pulcritudo? nihil articulorum omnium concinna modulatio? Hoc eſt Vulcanum cælis aſſerere: iam in illo diuorum palatio locum obtinebunt iterum de Ætnæ camino fuligine obſiti

Brontesq́ Steropesq́, & nudus membra Pyracmon,

tas, quàm laborioſa, & ſudata nimiũ peregrinarum atque exoticarum artium morumque oſtentatio. Itaque numerorum ingenuam quandam modulationem non improbo; ſed laudo potiùs, ſi quis vtatur induſtriè. Malo tamen ruſticanum ſtragulũ, quàm meretricis pallium: dum viro apud viros diſſerendum eſt. Apage Thraſymachum, Gorgiam, Theodorum, *multóſq; alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates*: quos nec Iſocrates quidem probauit. Herodotum malo vel Thucydidem, *qui longiſſimè à talibus deliciis, vel potiùs ineptiis abſuerunt*. Hos, inquam, malo: eoſque vel Iſocrati præpoſuero: à quo tamen manſuefacere orationem ſi quis didicerit, non improbo. dummodo id caueat, ne velut in orcheſtrâ mimicè fluant pedes. Sit colorata, ſed robuſta; non ſilueſtris, ſed virilis. Quid multis? Ciceronem legite, qui pleniùs planiuſque hac de re diſſertauit: quique ſagaciùs numerorum præcepta expoſuit, quàm ex iiſdem præceptis orationem ſuam inſtituit. Exſurge, Perſi, & de plauſtro aliquid; imò de philoſophorum ſcholâ in cirratulos illos declamita:

Sed numeris decor eſt, & iunctura addita crudis.
Claudere ſic verſum didicit Berecynthius Atys:
Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin:
Sic coſtam longo ſubduximus Apennino.
Arma virũ. nõne hoc ſpumoſũ, & corticepingui,
Vt ramale vetus vegrandi ſubere coctum?

Quid

Quidquã igitur tenerũ, & laxâ ceruice legẽdũ?
Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis,
Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris, & lyncem Mænas flexura corymbis,
Euion ingeminat: reparabilis aſſonat Echo.

CAPVT XIX.

Quòd ex dictis ſtylus fingendus. Quid in ſtylo præcipuum. Quomodo naturæ cuiuſque ratio habenda.

QVem tandem fugit, non vnâ aliquâ in re ſtyli vim & naturam (quam explicare difficillimum eſt) ſed in multis ſimul magniſque conſiſtere; cùm videat 18. à nobis capitibus ea ſola deſignari, quibus tanquam articulis & membris hoc corpus componitur? Corpus, inquam, ſupereſt enim illius animus ac ſpiritus indagandus. quam partem quidem principem eſſe nemo inficias ierit, quam tamen ipſam, velut hominis mentem, magis agnoſcimus, quàm cognoſcimus. Hoc tamen in hiſce tenebris, tantaque rerum caligine admonendo exclamare fas ſit: *Ne his, quibus ad euitanda vitia iudicij ſatis eſt, ſufficiat imaginem virtutis effingere, & ſolam, vt ſic dixerim, cutem: vel potiùs illas Epicuri figuras, quas à ſummis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui non introſpectis penitus virtutibus, ad primum ſe velut adſpe-* *Quint. lib. 10. cap. 2.*

adſpectum orationis aptarunt: & cùm ijs feliciſſimè ceßit imitatio, qui verbis atque numeris ſunt non multùm differentes, vim dicendi atque inuentionis non aſſequuntur; ſed plerumque declinant in peius, & proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntq́; pro grandibus tumidi, preßis exiles, fortibus temerarij, lætis corrupti, compoſitis exultantes, ſimplicibus negligentes. Ideoq́; qui horridè atque incompoſitè quidlibet frigidum illud & inane extulerunt, antiquis ſe pares credunt: qui carent cultu atque ſententiis, Atticis ſcilicet: qui præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant: triſtes ac ieiuni Pollionem æmulantur: otioſi & ſupini, ſi quid modo longiùs circumduxerunt, iurant ita Ciceronem locutum fuiſſe. Noueram quoſdam, qui ſe pulcrè expreßiſſe genus illud cæleſtis huius in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſulá poſuiſſent, Eſſe videatur. Hæc vtinam legerent, & frequentiùs in memoriam reuocarent vel nouorum nuper hominum, vel antiquorum & multis olim imaginibus inſigniũ virorum ridiculi, ſi fas dicere, paraſiti? Aſt fortè contra nos contendet eorum aliquis, & opponet illud vulgatum: *Ea quæ in oratore maxima ſunt, imitabilia non ſunt, ingenium, inuentio, vis, facultas, & quidquid arte non traditur.* Sit ita in alterius corpus per Pythagoreorum metempſychoſin commigrare non datur; attamen à ſobrio ſobrietatem, ab excitato & vegeto & erecto eſt aliquid, quod ad nos deriuemus;

tiemus; non idem, ſed ſimile: quodque illius iam non ſit, ſed noſtrum. Fuit, quod à Socrate Diogenes diſceret: fuiſſet, quod à Diogene Socrates, ſi tempus induluiſſet. Et tamen Diogenes non idem Socrates, ſed Socrates furens apud antiquos appellatur. Quid plura? & plantas, & fruges, fructuſque quoſlibet, & omne propemodum animalium genus ad cibum, totque liquorum genera ad potum vſurpamus, nec tamen in illa abimus, & à naturâ noſtrâ deſciſcimus; ſed illa ipſa in nos deſertâ indole ſuâ conuertuntur vniuerſa. Itàque Rhetoricæ magiſtrum cupio, ex Quintiliani decreto, in oratoribus enarrandis hæc obſeruare: *Quodq; in inuentione, quodq; in elocutione notandum erit: quæ in proœmio conciliandi iudicis ratio; quæ narrandi lux, breuitas, fides: quod aliquando conſilium, & quàm occulta calliditas. Namque ea ſola in hoc ars eſt, quæ intelligi, niſi ab artifice, non poßit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia: quàm ſubtilis & crebra argumentatio: quibus viribus inſpiret: quâ iucunditate permulceat: quanta in maledictis aſperitas, in iocis vrbanitas: vt denique dominetur in affectibus, atque in pectora irrumpat, animumq; iudicum ſimilem iis, quæ dicit, efficiat: tum in ratione eloquendi quod verbum proprium, ornatum, ſublime: vbi amplificatio laudanda; quæ virtus ei contraria: quid ſpecioſè tranſlatū: quæ figura verborum: quæ lenis & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio.* Hæc vbi fecerit, vniuſcuiuſque Quint.

iuſque diſcipuli naturam accuratè circumſpiciet. *Hoc* enim *doctoris intelligentis eſt, videre, quò ferat natura ſua quemque, & eâ duce vtentem ſic inſtruere, vt Iſocratem acerrimo ingenio Theopompi, & leniſſimo Ephori dixiſſe traditum eſt; alteri ſe calcaria adhibere, alteri frænos.* Quæ quidem omnibus magiſtris conſtituta velim & obſeruata perenniter; etiam tibi, quicunque es, ſi tibi magiſter es. An & illud, quod Fabius præſcribit lib. 2. cap. 8. *Ita præceptorem eloquentiæ, cùm ſagaciter fuerit intuitus, cuius ingenium preſſo limitatoq; genere dicẽdi; cuius acri, graui, dulci, aſpero, nitido, vrbano maximè gaudeat, ita ſe commodaturum ſingulis, vt in eo, quo quiſque eminet, prouehatur. Quòd & adiuta curâ natura magis eualeſcat: & qui in diuerſa ducatur, nec in iis, quibus minùs aptus eſt, ſatis poſſit efficere: & ea, in quæ natus videretur, deſerendo, faciat infirmiora?* Et illud omnino immotum eſſe velim; quamuis Fabius non nullibi leuiter vacillet. Quis Ciceroni acerrimè pro hac re contendenti refragari audeat? Lib. 3. de Orat. nihil illo ſtudioſiùs inculcat, atque ingenti exemplorum aggere propugnat. Pauca è multis pro more noſtro dabimus: *Adſpicite nunc eos homines atque intuemini, quorum de facultate quærimus: quid interſit inter oratorum ſtudia atque naturas. Suauitatem Iſocrates, ſubtilitatem Lyſias, acumen Hyperides, ſonitum Aeſchines, vim Demoſthenes habuit. Quis eorum non egregius? tamen quis cuiuſquam, niſi*

Fab. l. 2. c. 8.

Cic. 3. de Orat.

niſi ſui ſimilis? Grauitatem Africanus, lenitatem Lælius, aſperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo, & canorum. Quis horum non princeps temporibus illis fuit? Sed ſuo tamen quiſque in genere princeps. Hæc Tullius. Atqui vt Catulum, vt Cæſarem, vt Cottam, vt Sulpitium, vt Craſſum, vt Antonium diſſimillimos inter ſe prætercam, quorum tamen nullum, niſi ſui ſimilem veſis, ſic concludo: *Natura nulla eſt (vt mihi videtur) quæ non habeat in ſuo genere res complures diſſimiles inter ſe, quæ tamen conſimili laude dignentur.* Ne det igitur in compedes ſeſe & cataſtas orator, cùm liber, cùm ingenuus ſit. ſequatur naturam, ſed perficiat. *At exiſtimaui*, inquies cum Cicerone in Oratore, *in omnibus rebus eſſe aliquid optimum.* Sit ita: quamuis ſæpiùs id ipſum neget ille ipſe Cicero: ſit tamen ita; dummodo talis ſit orator, *quem nunquam vidit Antonius: aut qui omnino nullus vnquam fuit: quemq́ imitari atque exprimere non poſſumus: quod idem ille vix Deo conceſſum eſſe dicebat.* Dummodo talis ſit orator ille Ciceronis, qualis reſpublica Platonis, Zenonis ſapiens. *At primà ſequentem honeſtum erit in ſecundis tertiiſq́ conſiſtere.* Id ipſum volo, atque vt conſiſtas, ſequere naturam ducem: ita tamen vt caueas ne in abrupta recedas aut præcipitia: ad ſumma erigere non alienæ poſſeſſionis faſtigia, ſed propriæ. Quod igitur ad Dei Deiparæque Virginis gloriam ſit: oratorem ho- *Cic. in Orat.*

die manu mitto: nolo eum ſeruire, ſed imitari: det ſe in clientelam Ciceroni, non mancupio tradat. Diſtorta ſunt omnia quæ violenta.

Digitized by Google

DISCEPTATIO QVODLIBETICA DE PVLCHRITVDINE B. VIRGINIS MARIÆ.

NOVVM fabricata pomum diſcordia, non iam quidem inter profanas deorum comeſſationes, ſed ſobrias inter Philoſophorum ſcholas opinionum diuortia ſerere, & nouam Tragœdis ſcenam adornare molitur. Sed ventos arat, & in aëre ſementem facit, nec de ſpinis, quam ſolet, meſſem colliget, in perniciale veritatis exitium. Non præluditur hîc Troiano incendio, nullus Paris Helenam deperit: Maria in pulcritudinis certamen deſcendit, & apud vos cauſſam dicit, de quâ iam pridem omnium Patrum, omnium Theologorum, omnium, quotquot hac in re iudices conſederunt, hiſtoricorum calculis, in illius fauorem pronuntiata ſententia. Itaque magis verendum eſt, ne in campo Martio contra palum crate ſolùm & fuſte luctari videar; quàm, ne quid aggrediar dignum amore in Mariam noſtro,

Digitized by Google

dignum veſtro. Quia tamen hoc lilium inter ſpinas, inter tot, inquam, hæreticorum calumnias, & probra, & maledicta, & de ganeis ac luſtris tabernaria (vt ait ille) conuicia, ſine vulnere, ſine plagâ, ſine vllâ cicatrice animosè caput exerens; neſcio quid auræ minùs fauentis afflare, & venuſtatem illius hebetare, & amœnitatem abradere, & candidiſſimam integerrimamque pulcritudinem detergere conatur, antequam ſæuiat aſperiùs, inconſultæ licentiæ obuiàm eundum eſſe iudicaui. Dabitis autem veniam, ſi quid in rem dixero contentè, ſi quod lacertoſiùs pugnauerit argumentum, ſi neruis omnibus incubuerit oratio; dummodo neminem petat, niſi vltrò ſeſe ingerentem. Non hîc, vt in Lesbo quondam, aut apud Elidem & Alpheum ludicra concertatio: non bellatur hîc pro Hippodamiâ à Pelope, pro Deianirâ ab Hercule, pro Lauinia à Turno aut Æneâ, pro Aſpaſiâ à Pericle; ſed pro auguſtiſſimâ cælorum terrarumque Imperatrice à Chriſtiano, quique à primâ ætate Sodalitio Virginis nomen adſcriptum ſolam nouit nobilitatis imaginem, quique hanc ſperat vnicam ſibi fore patronam, dum mortalium patronorum fruſtra ſudabit induſtria. Atque vt tandem aliquando ad cauſſam veniamus, ſic primùm ſtatuo, nullum fuiſſe corporis animique decus, nullum ornamentum, quo non ſponſam ſuam Deus opt.

max.

max. condecorarit præſtantiùs longè magiſque eximiè, quàm vllum condecorarit hominum, vllum diuorum. Quod cùm grauiſſimorum Patrum teſtimoniis, vallis velut & foſſis munitum ſit, illorum auctoritate in ſubſidijs quodammodo relictâ vlteriùs proficiſcor, illudque contendo, pulcritudinem inter naturæ bona, & nobiliſſima cimelia numerandam eſſe: longeque optandam magis, & omni laude ac prædicatione digniorem membrorũ ſuauiſſimam harmoniam, & colorum gratiſſimum honeſtiſſimumque concentum, quàm ſi corpus, ſi facies, ſi vultus minùs perfecta exactaque fuerint. Ex quibus illud colligo faſceatim, bona quidem omnia, & inter omnia, pulcritudinem præ reliquis Deo cariſſimis magnæ Matri ſingulari priuilegio, illuſtri dignitatis prærogatiuâ conceſſam eſſe. Quis inficias ierit, pulcritudinem inter bona numerandam? Aut quibus inſtructus diſciplinis, quibus litteris, quibus fretus monumentis inficias ierit? Mearum partium ſunt Theologi, Iuriſconſulti, Medici, Philoſophi, & quicunque ſcientijs humanioribus expoliti. Nullum in ſe adinſtar momenti habet pulcritudo? nihil articulorum omnium concinna modulatio? Hoc eſt Vulcanum cælis aſſerere: iam in illo diuorum palatio locum obtinebunt iterum de Ætnæ camino fuligine obſiti

Bronteſq; Steropeſq;, & nudus membra Pyracmon,

Digitized by Google

& omne Cyclopum genus, Iunonem inter & Palladem, Venerem inter & Heben accumbent, & nectaris ducent ſuccos venuſta familia. Nullum in ſe adinſtar momenti habet pulcritudo? Itane verò? Fruſtra Chriſtianorum optimates in Apoſtoli ſententiam diſceſſionem faciunt, & omnes in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, corporibus integrè atque ad vnguem belliſſimè deformatis, poſtliminio vitæ reſtituendos arbitrantur? Malit credo de Therſitis familiâ quiſpiam omnes in cælo ſilicernios, cadaueroſos, capulares, obſtipos, cernuos, deſioculos, ſimones, ſilones, gutturoſos, ventricoſos, ſedigitos, ſcæuas, luxatos, varos, valgos, plautos, ſcauros, pumiliones, longuriones, aut de gigantum theomachorum ſtirpe anguipedes homines. Nullum in ſe adinſtar momenti habet pulcritudo? nihil inſigne totius faciei lumen ac decor? nihil colorum venuſtas? Non exigua hîc res agitur, Auditores: naturæ vis infertur, & cælo, & Deo:

Lucidus vmbroſo miſcebitur axis Auerno.

Iam in magni illius Imperatoris contubernio teterrimi degent Æthiopes, quibus, ſi per mediam occurras noctem, centenis non ſatis crucibus laruas velut & lemures, auerruncatos arbitreris: & in cælis Tremori ac Terrori templum erit dedicandum, potiori quàm apud Romanos iure; & Deo Ridiculo ſua ibidem

dem inaugurentur altaria. Si enim nihil dignitatis, nihil laudis, nihil optabile habeat, nihil quod probes, quod eligas, ille vultus ac totius corporis nitor, natiuâ ceruſſâ verecundè purpuraſcens, quid opus Æthiopem lauare? bonis auibus ad Beatorum ſedes euolet cornice tetrior & coruo. Quin imò & Indorum numina inter aſtra collocentur, nec ſolus Orion deos terreat. Indorum, inquam, numina, piceo obſcura vultu, quibus hirtum cornibus caput ſilueſcit, & cornuum virgultis ſaltuoſum eſt mentum, nemoroſa pubes. Nihil enim pulcritudo boni continet. Legiſſe me memini mortem, quæ nigra pingebatur omnibus, à ſolis Lacedæmonijs albedine inſignem pingi ſolitã, vt nihil in eâ malum eſſe commonefacerent, & optandam potiùs, quã fugiendam. Hi verò noſtri de carbonaria Philoſophi cęleſtes illos genios, quos candidiſſimis illuſtramus pigmentis, furuo inumbrant colore; ex ęquo benè: ac nullo labore, ſumptu nullo, nullo adhibito penicillo, ne vno quidem filo totius imaginis immutato, ex Angelis cacodæmones, ex cacodæmonibus verò Angelos prodigioſâ metamorphoſi, an metempſychoſi? procreare norunt. Quid eſt in Pyrrhonis ſe ſcholam penetrare, ſi hoc non ſit? Quid eſt omnem ſcientiam atque experientiam obterere ac proculcare? Quid eſt in caudicem demigrare & fungum? Præclarè

quondam ille Philoſophus interrogantem Quid pulcri deformibus præſtarent, ab oculis quæſtionem iſtam ſciſcitari iuſſit, eoſdemque magiſtros adhiberi ſolos, in re, quam explorare poſſent accuratiſſimè. Ita eſt, cuicunque oculorum acies non hebeſcit, quiſquis non omnino bubonem induit & noctuam ſolis velut radijs depictum videt & formæ gratiam ſuam ineſſe, & gloriam deberi. Audeat negare quiſpiam, ad iudicẽ, ad quæſtionem, ad cataſtas, ad fidiculas, ad candẽtes laminas prouoco. Id more maiorum comparatum eſt, ſi duo in ſceleris aut flagitij alicuius ſuſpicionem vocentur ijſdem argumentis cõſtricti, ijſdem illigati teſtimonijs, eũ in equuleum priorem compingendum eſſe, qui formâ deterior. Sic enim ſemper iudicarunt viri ſapientiſſimi, animi quamdam imaginem in corpore depingi, & in vultu voluntatem velut in proſcenio ſeſe ſpectandam exhibere, ibi ſe prodere, & ſuo quodam modo præſentes alloqui. Quod præclarè vidit, quem nihil tamen vidiſſe volunt, Homerus, qui Therſiten à capite ad pedes ita graphicè ob oculos ponit, & corporis vitia, & animi morbos, vt dicas peſſimum ingenium in domicilio ſe digno habitaſſe. At demus cæcum fuiſſe Homerum. Nihilne vidit Martialis ille, omnium iudicio oculeus totus, & oculus, qui Zoili deformitatem effigians,

Crine

Crine (inquit) *ruber, niger ore, breuis pede, lumine luſcus,*
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

Sunt hæc, dices, poëtarum propria, quibus & fingere & facere licet, quod lubet. Quid ille princeps Oratorum? Non ſolùm in Partit. à formâ argumenta deſumenda docet, eamq́ue inter corporis bona principatum obtinere vult, & quòd virtutem maximè ſignificet laudari facillimè, verùm etiam in hoc loco ſtrenuè verſatur, & immoratur non languidè, neç ſolutè oratione pro Roſcio Comœdo. Fannium enim exagitans & pro meritis vexans, ridendumq́ue propinans, C. inquit, Fannium Roſcius fraudauit. Oro atque obſecro vos, qui noſtis, vitam inter ſe vtriuſque conferte; qui non noſtis, faciem vtriuſque conſiderate. Nónne ipſum caput, & ſupercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? Nónne ab imis vnguibus vſque ad verticem ſummum (ſi quam coniecturam adfert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijs conſtare totus videtur? Qui idcirco, capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. Multa poſſem è phyſiognomonum libris adferre decreta, multa ex omni ſcientiâ, omniumq́ue priſcorum monumentis, congerere: verùm nihil aduerſariorum machinæ, nihil tela roboris habent, nihil virium,

rium, & bellum trahere nolo, & huic diutiùs
prouinciæ immorari: in ipſo tamen velut di-
greſſu aliquot argumenta, leuiora fortè, ſed
non importuna, in aduerſarios immittenda
ſunt. Quorſum, Auditores, tam acerbè nos
velliçat, tam acriter lancinat, cùm minimùm
quid in formam noſtram dicitur contume-
lioſiùs, ſi nihil ea ſit, ſi nullo in pretio haben-
da? Scitis, quæ paſſim apud Poëtas Græcos
& Latinos: ſcitis, quæ apud Hiſtoricos nar-
rentur: qui laquei nectantur, qui cudantur
enſes, qui accendantur ignes in ſuiipſius exi-
tium, quot ciuitatum excidia ob iocos intem-
peſtiuè in Principes eiaculatos deſcribantur.
Sed ne quis fortè auctores hos tãquam ſexa-
genarios de ponte deiiciat, Senecam ad ſuf-
,, fragium euocabo. In ſenatu, inquit, flentem
,, vidimus Fidium Cornelium Naſonis gene-
,, rum, cùm illũ Corbulo ſtruthiocamelum de-
,, pilatum dixiſſet. Aduerſus alia maledicta mo-
,, res & vitam conuulnerantia frontis illi firmi-
,, tas conſtitit, aduerſus hoc tam abſurdum la-
,, crymæ prociderunt. Vidéſne, inquit Cicero
5. de Finibus (dum ex Peripateticorum ſen-
tentia pulcritudinem per ſe bonam eſſe ſta-
,, bilire conatur) vt ſi qua in membris praua, aut
,, debilitata, aut imminuta ſint, occultent ho-
,, mines? Vt etiam contendant & elaborent, ſi
,, efficere poſſint, vt aut non appareat corporis
,, vitium, aut quàm minimum appareat: mul-
toſque

toſque etiam dolores curationis cauſſâ perfe- ,,
rant: vt ſi ipſe vſus membrorum non modò ,,
non maior, verùm etiam minor futurus ſit, ,,
eorum tamen ſpecies ad naturam reuertatur. ,,
Nec multo pòſt interuallo ſic concludit. Nam ,,
ſi prauitatem imminutionemque corporis ,,
propter ſe fugiendam putamus: cur non etiã, ,,
ac fortaſſe magis propter ſe formæ dignitatẽ ,,
ſequamur? Non ibo per ſingula; nobiliſſimas ,,
gentes, fortiſſimas nationes, omnium terrarum populos vno velut agmine mecum rapiam. Huius boni (inquit vir non indoctus) & barbararũ etiam nationum animos contemplatio cepit, vt earũ pleriſq; tantæ ſit maieſtati corporis dignitas, vti magnorũ operum non alios capaciores putẽt quàm quos eximiâ ſpecie donare ampliùs naturæ potẽtia inenarrabilis dignata ſit. Quin & formoſiori occurriſſe cuipiam, omen cenſebatur præſtantiſſimũ, at deformi inauſpicatiſſimũ. Quid verò admiratione dignũ? Nihil hîc eſt cur ſupercilium mutet, cur femur quiſquam percutiat. Non enim fruſtra illud Philoſophis crebrò vſurpatum ſermone, quod ab Euripide dictum primò, Forma imperio digna. Lacedæmonij, viri ſanctimoniâ ſpectatiſſimi, Archidamum mulctarunt, vt Athenæus arbitratur, quòd pulcram coniugem diuiti ac puſillæ poſtpoſuiſſet, & pro Regibus Regulos daturus eſſet. Faſceatim nectam plurimos: Strabo in Catheâ;

theâ; Diodorus apud Æthiopes Macrobios; apud Indos Sophiſtas Diodorus idem, apud alios alij pulcritudinis prærogatiuâ ſceptra conferri & diademata; ſuis ad poſteros monumentis tranſmiſerunt. Profer regum maximos, heroum fortiſſimos, eoſdem & pulcerrimos ſolenni quaſi priuilegio fuiſſe reperies. Horum è numero Hector, Achilles, Alexander, Scipio, Auguſtus, Carolus Magnus; atque vt cæteros præteream; Xerxes, ſi Herodoto quandoque fides, inter ſexaginta & octo myriades formæ præſtantiâ, non regiâ ſolùm maieſtate primas tenuit. Non illud iam depromam ex Medicorum apothecis, eos, qui corporis temperie antecellunt aliis, eoſdem & venuſtate anteuertere reliquis. neque illud Ciceronis recitabo, *Venuſtas & pulcritudo corporis ſecerni non poteſt à valetudine.* non commemorabo Socratem maximè eos ad philoſophiam idoneos iudicaſſe, qui pulcritudine eminerent. Vereor enim ne hæc argumenta per ſe præſtantiſſima eorum hominũ moribus obſoleuiſſe videri poſſent. Illud certè non tacebo, Iudęis Saulem & ſpecie & corporis dignitate omnibus præſtantiorem Deo arbitro, Deo per Samuelem & ſpeciem illam & corporis dignitatem extollente, in ducem & regem eſſe conſecratum. Huic deinde Dauid, Dauidi Salomõ ſubrogatus; quâ vterque ſpe-
cie

Digitized by Google

cie neminem veſtrûm latere poteſt. Verùm ne orationis meæ ſepta perfringam, aut metas diruam: quid tandem cùm cætera omnia quæ apta, quæ bella, quibus gratia, quibus lepor ineſt, in delicijs habeamus, nihilne in hominibus valere dicemus quod in alijs valet plurimùm? Hinc viola placet, hinc roſa, hinc lilium. Opportunè quidem lilij meminimus, & iam aurem vellicat Maria, atque vlteriùs properantem iniectâ velut manu retrahit. Hoc ergo maneat in cauſſâ, quod nemo negare poteſt, quod Auguſtinus confirmat, Pulcritudo donum Dei. Quod ſi conceſſeritis, quis adeò extra omnem rationis ſolem peregrinatur, vt inficiari audeat illam Dei ſponſam, cæleſtem illam nympham, & ſi qua ſit, inter diuos deam, cùm cæteris Dei donis mortales omnes magno interuallo anteceſſerit, in pulcritudine quoq; anteceſſiſſe reliquos? Quòd ſi quis adeò cæcis ignorantiæ tenebris obſeſſus eſt, vt hoc ei in dubium venire poſſit, ad maiorum auctoritatem clariſſimas velut faculas intendat oculos. Non in ſolem eum deducam primum, & flagrantiſſimos illos ſanctorum Patrum radios, ne fortè retundatur acies. Illa illa inter profanos Sibylla Cumana tot iam antè ſæculis proſpexit, quod Chriſtianorum aliqui videre ſe negant aut diſſimulant. Huius hæc ſunt:

In cunctis humilis caſtam pro matre puellam
Deliget,

Deliget, hæc alias formâ præceſſerit omnes.

Nec tamen extra chorum diu, nec extra oleam: ad noſtros veniamus. Nazianzenus ante annos 1200. & eò ampliùs:

> Χαῖρ' ὦ κόρη πάγχαρε, μῆτερ παρθένε,
> Κάλλιστα πασῶν παρθένων ὑπερτάτη.
>
> *Aue parens, virgoq; plena gratiæ,*
> *Tu virginum longè omnium pulcerrima.*

Tu verò, Epiphani, aude aliquid dignum amore tuo in Virginem. *Solo Deo excepto cunctis ſuperior exiſtit, naturâ formoſior eſt ipſis Cherubim, Seraphim, & omni exercitu Angelico.* Videor iam mihi bellum confeciſſe, atque illud euiciſſe, cæleſtem hanc Heroinam diuinâ quadam corporis venuſtate omnibus præeminere mortalibus. Quare depoſitis tandem armis, ſine periculo, de re iucundiſſimâ gratioſiſſimaque diſſerere conceſſum arbitror; & clauſis Iani portis ab acie & prælio, ad palæſtram & oleum orationem traducere. Fallor, Auditores, hucuſque præluſimus; iam ſeriò, & ſine miſſione pugnandū eſt. Quò ætatis deuenimus? aut quò vecordiæ proceſſimus? Contradicere libet, vt contradicamus tantùm, & tanto contradicere religionis periculo, calces obtrudere priſcis omnibus Theologis, omnes in ſentētiā ſuam obtorto velut collo rapere, Patrum ſanctiſſimos innocentiſſimoſque in opinionum ſuarum cataſtam compingere, & leuiter dicere, quod perti-

pertinaciter defendamus. Nolumus, aiunt non nulli, quos honoris cauſſâ taceo, D. Virgini quidquam eripere, plus etiam adiicere malumus: non ex naturæ legibus; ſed ſupra naturę leges pulcritudinem damus. Agnoſco, agnoſco multas infames, contra Virginis honorem, palmas, hanc primam tamen lemniſcatam. Quid? ſupra naturæ leges pulcritudinem Virgini datis? quis eam neget? Quæ ſecundùm naturam eſt eripitis. quis probat, niſi in Virginem parum religioſus? O noxiam prodigalitatem! quod nemo negat, conceditis; quod omnes concedunt, negatis. Licétne per vos, Auditores, & cothurnum exuere & ſoccum, & nudipedè incedere per hâc orcheſtram? Ita volunt non nulli, qui nihil putant philoſophicè dici, quod diſertè dicitur. Illud itaque primum affirmo, iniuriam facere Virgini, qui ſupernaturalem ei pulcritudinē cōcedunt, naturalem negant. Nam, ſi quidē altera eligenda foret, illa potior eſt; cùm verò vtraque concedi poſſit & debeat, nō video cur Dei matrem omnis pulcritudinis ex aſſe heredem nolint, & ſuâ poſſeſſione expellāt, & capite propè minuant. Atque, vt ipſorum ſententiā exploremus enucleatiùs: quæro cur negent eam, quæ ſecundùm naturam eſt formā pręſtantiſſimā? An quia ſublimiori illi vim infert? & quaſi ſtuprū ac inceſtū cōmitti nolūt?

Belle! herculè, bellè!

Hac enim ratione neceſſum eſt, eo pulcriorem Virginem fore, ſublimiori illâ ſpecie inauditâ & inuſitatâ, quo fœdior & immanior hac noſtrate fuerit. Artifice velut in tabellâ vir nuper doctiſſimus meique amantiſſimus viuos quaſi vultus magnæ Matris ponere conatus, & ſpiranti non ære, ſed chartâ ſimulacrum cudere non exſangue. Pulcris, inquit, adeſſe ſolet formæ comes arrogantia; non in Mariâ. ſi quæ pulcritudini comitatem admiſcuere, audaciam accendunt improborum. Maria corpore formoſa, ſed humilis; animo pulcrior, ſed motum ſuaui comitate, nulli contemptibilis. inter illicium formæ, & affabilem morum facilitatem, ab omni tumore ac faſtu remotam, nulla impudentiæ vel impudicitiæ cuiuſquam rimula patebat. Hîc cõſtans formæ & pudicitiæ, humilitatis & maieſtatis concordia raro miraculo fuit. Zeuxim Helenæ illius famoſæ famoſam ferunt imaginem ad quinque puellarum ſpectandæ pulcritudinis exemplar depinxiſſe; ſed æternus pictor & fictor totius vniuerſitatis, non quinque formoſarum dotes; ſed quidquid in cunctis vnquam ſupernæ Sionis habitatoribus pulcritudinis & gratiæ fuit, totum illud in Genitrice ſuâ ſacratiſſimâ congeſſit. Ita pulcerrimam, ſuauiſſimam, maximè decoram, terribilem quoque ſimul contra hoſtiles impetus reddidit. Animaduertitis, Auditores, quàm

quàm argumẽtosè nuperus Damaſcenus pro Virginis laboret imagine. Quid hi noſtri? quid agunt? quid moliuntur? Ex eorum opinione depictam vobis effigiem in his velut nundinis propono Matris Dei & veſtræ (ſic enim appellare licet, dum eam amatis, vt veſtram; colitis, vt Dei.) Vos auribus & oculis adeſte. Quam ad amuſſim fuerit architectatũ hoc corpus, quam ad regulam exploratum nihil refert. Hæc enim artuum articulorumque proportio à naturâ eſt, adeoque nihil in ſe habet optandum, nihil efferendum præconiis. Fuerit ergo luſcitioſa, lippa, cæca, de Coclitum aut Strabonum gente, de Bucconum, Labeonum, Dentonum, Frontonum, Naſonum, Mentonum proſapiâ; manca, mutila, clauda, luxata, gibbera, ventricoſa, verminoſa: os famelici adinſtar furni pateat: nares bicubitali hient ſpecu: fuerit denique quales nec apud pueros lamias decantant nutrices, dum eos terrore ad officium reuocare conantur aberrantes:

Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

De colore verò etiam minùs ſolliciti ſunt: ſiue albus ille fuerit, ſiue niger, ſiue cæruleus, aut viridis, qualis marinorum fingitur eſſe monſtrorum: quin imò Auctores eorumque verba deprauãt, eorũque ſcripta fœdis contaminant gloſſematis, vt σιτόχροον non ex mẽte eorũ interpretentur triticeum, ſed ex ſuâ ſubfuſcum,

Digitized by Google

atque, vt paucis dicam, ingratum omnibus & inuiſum. Da veniam, Maria, pulchra, vt luna; electa, vt ſol. Da veniam, ſi tam inficetis coloribus ex aliorum te mente depingam. Noſti meum in te amorem, noſti quo id animo faciam; non vt te fugiant tui; ſed vt tam inſulsè fugiant altercantes & muginantes. Vos etiam, Auditores, etiam atque etiam obteſtor, ne mihi hæc referenti ſuccenſeatis. detegenda eſt macula, quam abluere velis; næuus denudandus, quem cupis enubilare; vulnus religandum, cui velis mederi. Grauia hæc ſunt, dira & inauſpicata verba, ſed quæ ex illorum ſententiâ ſcaturiunt, & per argumentationum alueos deriuantur neceſſariò, qui nullam naturalis pulcritudinis rationem habendam eſſe iudicant, aut qui Protei adinſtar negant quod affirmarunt, affirmant quod negarunt, & quoties ſe ſtringi vident mutantur. Vnum aliquem rationibus cape, fruſtra es.

Fiet enim ſubitò ſus horridus atraq; tigris,
Squamoſuſq; draco, & fuluâ ceruice leana:
Aut acrem flammæ ſonitũ dabit, atq; ita vinclũ
Excidet: aut in aquas tenues dilapſus abibit.

Verùm ne multis diffluam importuniùs, hæc, vt dixi, ex aduerſariorum ſententiâ, atque his plura promanant vbertim. Nullâ enim opus aliâ quàm naturæ officinâ (circa quam nulla ſtabulātur analoga, nulla, neſcio quæ, verborum

rum aut ſententiarum portenta) ad exaſcianda, aut expolienda corporis membra, ad pigmenta venuſtatis appingenda. Quod nec ipſi quidem negant, nec negare poſſunt, qui contra Theologorum omnium ſententiam hanc cæleſti Reginæ pulcritudinem negant. Atque hinc, vt arbitror, generoſum illud emicuit pronunciatum, viri alioquin grauis, centenas aliquot D. Virgine pulcriores dari poſſe: addamus licet millenas, & myriades, triſmyriadeſque vel ſagarum vel laruarum vel Gorgonum & Harpyiarum. Verùm non longo pòſt interuallo, quale in monſtrum auguſtiſſimam hanc cælorum terrarumque Imperatricem demigrare cogant imprudentes, palàm omninò faciemus. Nunc verò rationem proferam, quâ hæc ſua conſulta ſtabilire nituntur, & ceruſſam ac minium diluam, vt ſuâ fœditate omnium pateant ludibrio atque execrationi. Nulla eſt habenda pulcritudinis ratio, nulla lineamentorum omnium, nulla decoris cuiuſque alterius, cùm per ſe nihil pulcrum, nihil turpe ſit. Nam Perſæ ſimos probarunt olim, quos Romani improbarunt: apud Æthiopes, quæ nigerrima, eadem eſt pulcerrima. Bellè! optimè! non poteſt meliùs! Addo etiam apud Indos gentes non nullas arte, & nutricum induſtriâ puerorum naſum in ingentem producere magnitudinem, & Genuenſes galearum inſtar capita infantium re-

centia deformare. Quid tum? Ergo per ſe nihil pulcrum, nihil turpe eſt. Agnoſcitis, Auditores vobis omnibus nullo crimine, nullo ſcelere reis oculos erui. Pulcrum ne an fœdum nemo veſtrûm iudicare poteſt. Túne illam margaritam venuſtam dicis? erras: tetra eſt. Tu illud aurum, illud argentum, illam byſſum, illud ſericum amœna iudicas? horrida ſunt. Tu illud ſidus, illud cælum iucundum arbitraris? falleris, longè iucundior eſt putidus fungus, & quæ in cloacis ſunt porcorum cimelia. Quò deuenimus? An non eſt hoc niuem albam dicere, vt quondam ille apud Ciceronem? Quia Barbari forſan aliqui ad Cyri æmulationem ſimis naribus Reges probarunt, ideò ſimiarum facies non minùs laudanda, quàm virginis cuiuſquã integerrimæ? Aut quia Æthiopes ſibi ſimiles quærunt, & quod in ſuo genere excellentiſſimum, ideò nihil Æthiope formâ præcellentius reperiri poteſt? Quid vos ô ſacræ Litteræ? Iã tandem ſacerrimæ, & infelicibus vſtulandæ lignis. Eandem vultis in Iudith pulcritudinem, non tantùm apud Iudæos, ſed & Aſſyrios. Rebeccam, Eſtheram, Suſannam, aliaſque non paucas vnâ voce pulcras appellatis, cùm nullam tamen vniuocè pulcram dicere fas ſit. Quò extra cretam? quò rapior extra orbitam? Audire iam mihi videor dicentes D. Virginem non omnino de poſſeſſione pulcritudinis huius

Digitized by Google

iùs deturbare; ſed in aliam ſe mittere locupletiorem longè & amœniorem. Tandem, tandem cum naturali formæ decore in gratiam redire coguntur, & bonum agnoſcere, & D. Virgini eam arrogare. Bona ea fuit, in Virgine fuit: ſed fuit aliqua de vulgo, de plebe, & quaſi nobilioris illius pediſſequa. Ad acropolim deuentum eſt. Si mediocris bona eſt, cur non optima, ea quæ excellentiſſima? ſi optima, quid eam Mariæ inuidemus? Quid promeruit tam præclarè de genere humano merita? An exiſtimamus non ſatis multos eſſe, & feras & belluas, quæ hanc roſam Ierico exſtirpare nituntur, niſi eius populemur decus leuiori morſu? Quid eam D. Virgini inuidemus, quam Theologi concedunt omnes? Proferte vnum, ſi poteſtis, cui cēſus eſt in claſſe; proferte, inquam, claſſicum, non claſſiarium: proferte non capite cenſum, ne dicam proletarium. Interim pro nobis ſtat Albertus Magnus. *Habuit*, inquit, *ſummum & perfectiſſimum in pulcritudine, quod potuit eſſe in mortali corpore ſecundùm ſtatum viæ operante naturâ. Sicut enim Dominus noſter* Iesvs *Chriſtus fuit ſpecioſus formâ præ filiis hominum, ita beatiſſima Virgo pulcerrima & ſpecioſiſſima inter filias hominū. Pulcritudo autem exterior hominis in debitâ corporali quantitate, deinde in eleganti membrorum diſpoſitione & proportione, poſtremò in coloris venuſtate ſubſiſtit.* Hæc Albertus, hæc Caniſius vir

Andr. Hieroſolymit. de Aſſump. ſerm.

Albert. magnus tract. de Virgin.

religione & doctrinâ florentiſſimus. Qui ſi viueret, nullo negotio catellis illis petulcis contra Lunam latrantibus crura ſuffringeret. Alberto Antoninus ſuccedat part.4.tit.15.c.10.§.2. *Sicut,* inquit, *corpus Dei, quod Deus per ſeipſum formauit, eſt perfectiſſimum & pulcerrimum in naturâ, quod Deus potuit facere, ſecũdùm ſtatum viæ: ita & corpus B. Virginis ad hoc immediatè ordinatum erit pulcerrimum ſecundùm ſtatum viæ, quod natura potuit facere ſe operante, quia ipſa à nullo ſcilicet illuſtrium virorum aut feminarum ſuperatur in aliquo.* Vnde nec in pulcritudine. Quid tandem? an non potuit natura pulcerrimè membra modulari, & ſuccum ſpargere iucundiſſimum? Aut quorſum in Mariâ coloris venuſtas diſplicet: qui ſolus pænè pretium dat gemmarum præſtantiſſimis, quem vnicum maximè cæteris in rebus aut veneramur præſentem, aut requirimus abſentẽ. Vbi, vbi illi ſunt, qui Eſtheram præponunt & Iudith, vt cætera taceam? Scio me anguillas caudâ complexum; elabentur ſcilicet, & de ſuâ ſupernaturali vel æquiuocâ pulcritudine hæc dici poſſe contendent. Verùm nemo credet, qui Antoninum legerit. Atqui admodum hercle miror, quo helleboro caput expurgarit nouus Carneades, qui veritatem hucuſque in puteo latentem eruit; & vidit ſolus, quod nemo vidit vſquam, nec eſt vſquam; non Suarez, non Barradius, nemo vnus ex tot Theologorum

logorum millibus, qui Mariæ decus colloca-runt omnes in coloris ac formæ decentiâ. quorum nullus æquiuocationes nouit nuper exortas, quibus ſententiam ſuam aliqui in-uoluunt; mihi tamen eo nomine gratiſſimi, quòd ingenioſè multa dicant, malignè nihil. vtinam tam ſecurè, tam ſolidè, quàm res tãta poſtulat! Et quoniam inuolutarum memini æquiuocationum, eas vt tandem aliquando euoluam, & de receſſu ac latebris, quibus ſe occultant, in lucem protraham res poſcit ac tempus. Quid tandem? quid illa eſt æquiuoca pulcritudo? Agnoſcit Hieronymus fulgo-rem quendam diuinitatis è Chriſti facie emi-cantem; & nos illum agnoſcimus in Virgine. Eſtne ergo ſolus hic fulgor iſta veſtra æquiuo-ca pulcritudo? nec vllam rationem habendã eſſe ducitis vel architectonicæ in membris fa-bricandis, vel chromaticæ in iis depingendis? Itaque quæcunque hucuſque dicta ſunt con-tra eos, qui naturalem tollũt pulcritudinem, etiam contra vos dicta ſunt. Quid illa eſt æ-quiuoca pulcritudo? Nempe architectonicæ ſtudioſa, ſed negligens chromaticæ? Et hæc quidem ſatis exploſa iam antè, & deinceps explodetur accuratiùs. Sed ad Dionyſium veniamus. Ille libr. 1. de Laudibus Virginis, *A planta,* inquit, *pedis, vſque ad verticem capitis nihil penitus fuit in Virgine, neque in corpore, neque in animâ indecens, reprehenſibile, in-*

decorum; imò totum fuit diuinæ ſapientiæ circino formatum, pulcerrimè circumciſum, pleniſſimè ac ſpecioſiſſimè operatum. Nempe ſicut humanitatem propter eius perſonalem cum Deo vnionem decuit omni perfectione naturæ & gratiæ in termino excellentiæ præfulgere; ita ipſius Genitricis perſonam, poſt vnigeniti ſui humanitatem, oportebat in omnibus ſic ornari. Quoniam poſt hypoſtaticam cum Deo coniunctionem, non eſt alia tam vicina, vt vnio Matris Dei cum Deo Filio. Nihil hîc ſcilicet eſt, quod ad colorem pertinet? Quid igitur? quò ſpectat illud *ſpecioſiſſimè*? Quid autem? Vult Dionyſius in omni perfectione naturæ excelluiſſe. Quin imò Tullius huiuſmodi rerum curioſus indagator, cùm duplicē pulcritudinem deſignaſſet de Officiis primo, venuſtatem quæ mulierum eſt, & dignitatem quæ virorum eſt, ne ab hac quidem colorem abeſſe voluit. Vnde & filium alloquens, *Forma,* inquit, *dignitas coloris bonitate tuenda eſt, color exercitationibus corporis.* Quis non audit, niſi cui aures Mercurio anathema ſunt? quis non intelligat, quis non fateatur, pulcritudinem D. Virgini præcellentiſſimam ab his tribui Theologorum proceribus, eam, inquam, quæ ex membrorum ſymmetriâ, & colorum modulatione naturæ artificio concinnata? cùm vtriuſque diſertè meminerint nonnulli, alterum tollat

nemo,

nemo, ſed clarè aſſignet Virgini, ſi quis in meridie vel lucernâ ſaltem teſtę videre non abnuat veritatem. Edant vel vnum aliquem, cuius hac de re vel minimùm ceſpitauit opinio, aut in lubrico ſententia vacillauit. O quàm improbum nunc os eſt temeritati! Omnia audere, hoc vnum eſt ſapere: garrire, effutire, quod nullus priſcorum auſus eſt; hoc eſt ingenij lumen affundere ſcientijs. Quanto periculo, quanto diſcrimine, quàm imminenti pernicie, docent tot nuper clades reip. Chriſtianæ, dum, quod calidâ mente cuditur decretum, à maiorum ſcitis alienum, ſui oſtentandi cauſſâ, alios refellendi importunitate, acuitur ſenſim in religionis ſtragem, omnibus heu quoties! deplorandam. Nihil tamen actum eſt, Auditores; demonſtrationibus contra nos inſurgunt. Magnum telum demonſtratio eſt, de baliſtâ & catapultâ neruoſâ. Ad quod excipiendum dum me præparo, hoc velim intelligatis, iuſtam me quidem cauſſam, & præiudicijs iam olim certiſſimis ſtabilitam; non meam me tamen cauſſam agere, ſed omnium retro Theologorum. Quare, ſi quid viciſſim animoſiùs dictum, memineritis pro quibus, contra quos dictum. Quamuis neminem hîc vulnerare cupio, nec nominare quidem, pro veritate contra errorem pugno. veritati fauetis omnes; errori nemo. Et verò tandem, ſi quid in nobis eſt hominis reliquum,
id

id omne euocetur, ex ipſius cordis penetralibus, atque intimis animæ latebris, adytiſque mentis: res agitur non contemnenda. Rara eſt inter homines ſcientia, vix vlla ſatis firmiter conſtituta opinio: id ætatis viximus, in quo demonſtrationum felix prouentus eſt: ſperandum, ædepol, breui omnia doctrinarum diſciplinarumque cubilia reſeranda, etiam abditiſſima. Quod ſine religioſo carmine effari nefas eſſet. Quod felix, fauſtum, fortunatumque ſit ſapientiæ ſtudioſis, hæc eſt demonſtratio, eâ lege, quâ optimâ:

Pulcritudo, quam pretiant homines, coloris eſt atque formæ decentia;

Qui triticeum colorem fuſcedine ſparſum homini diceret pulcerrimum, virginum nulli fidem faceret:

Interea Matris Dei triticeus fuit, ſiue ſubfuſcus, vt meminerunt Nicephorus, Epiphanius, & alij.

Quare quis rectè colligat eâ pulcritudine fuiſſe præſtantiſſimam, quam communiter æſtimant mortales.

Nemo veſtrûm exſpectat, Auditores, vt ad Ariſtotelis rubricam oculo velut vno hanc demõſtrationem directam eſſe commonſtrẽ: nec mihi tantum ſupereſt otij: nec oleum iuuat & operam perdere. Propoſitionibus tamen ſacroſanctarum legum perduellibus, ad rationis ſubſellia diem dicere, quis prohibet?

Inter

Inter eas hæc principatum obtinet: Qui triticeum colorem fuſcedine ſparſum homini diceret eſſe pulcerrimum, virginum nulli fidem faceret. De Lyceio ad gynęceium iam commigrare cogimur. Fateor, Auditores, nihil me de fuſo & colo noſſe; ætas mihi inter viros tranſacta eſt. Quin & ipſius Diogenis dolium incolere malim, quàm Achillis apud Lycomedem, aut Herculis apud Omphalem penſum trahere. Virgini Matri à primis addictus annis fui, virginum alteri nulli; nunquam in matronarum ſenatum introductus ſum, ſenſa non exploraui, ſententias non exquiſiui, cum nullo mihi Heliogabalo contuberniũ: quid hæc aut illa dicat mulier, ſeu virgo, ſeu meretrix, quæ in vnam omnes ſatyram ſuffragia conferant, tanti duxi ſemper, quanti eſt fungus putidus: nunquam enim prouocatione ad virgines certandum exiſtimaui. Liceat mihi ergo ſcire, quid Albertus cenſeat, quid Antoninus, quid Dionyſius, quid Theologorum principes; quid verò hęc aut illa de triuio, de macello, de tonſtrinâ, vbi barbatæ tondentur mulieres, quid inquam ad colum fabulętur & fuſum, neſcire liceat. Verùm hæc extra chorum ſint. Quid tam inſolens, tam peruerſum præpoſterumq́ue dici aut excogitari poteſt, quàm viros illos, quos iam antea honoris cauſſâ nominaui, aut non legiſſe Nicephorũ & Epiphanium, aut de triticeo colore quod dicerent,

non

non intellexiſſe, aut cùm legerint, cùm intellexerint, dolo malo per vaframēta & ſacrilega mendacia D. Virgini prǣſtantiſſimum illeuiſſe colorē, quē vnā ſpongiâ deleret qualiſcunq; de cunis nuper & faſcijs Theologus. Quid opus alios in huius controuerſiæ ſocietatē vocare? Ipſum, ipſummet Nicephorū & Epiphanium ad iudicium excitemus. Egregiam profectò eorum in ſcribendo ſolertiam, ſi Mariæ pulcritudinem deſcripturos ſe profeſſi, formam quidem & colorem exhibeant, nec aliud præter formam & colorem; ſed hunc fœdum, & qui furnum oleat & caminum. Quin potiùs, cùm & venuſtiſſimam eā confirment, & venuſtatis alia nulla proferant argumenta quàm membrorum architecturam, & ſpeciei dignitatem; id concludamus neceſſe eſt, niſi eos inſanire & furere dicere malimus, id, inquam, concludamus, triticeum colorem eum intelligi, qui omnium eſt laudatiſſimus. Quis non videt, niſi cui mentis luminibus officit exaggerata falſis ſubſtructionibus doctrinæ ſuæ & ſagacitatis opinatio, quis, inquam, non videt, hanc ad Palladis glomum dirigi argumentationē? Nicephorus & Epiphanius cùm pulcritudinem omnibus præcellentiorem & Mariæ & IESV à coloris dignitate deprædicāt, σιτόχροον ergo, quidquid per eū intelligitur, id eximium quiddam eſt ac diuinum. At credo conſpicilla nobis offerent, atque in rē

præ-

Digitized by Google

præſentem ire iubebunt, vt coràm cernamus quis ſit triticeus color. Quaſi verò vnus idémque omni foret tritico. Videmus quoddam flaueſcere, fuſcari aliud: videmus non rarò, quod pallet, quod albet verecundâ mixtum purpurâ, ſed vegetè, ſed viuidè, vt pictam eam non dicas rubedinem, ſed ſuo ſanguine micare, idque etiam cum radiorum quadam venuſtate diffiteri non poſſis. Turpe eſt pro re ipſâ fucum quærere. Penicillo id operæ incumbit candorem de niue languidum roſeo ceruſſare fuco: animæ eſt ita miſcere, vt diuortium non ſperes in ſuauiſſimo hoc connubio, & hoc naturæ luſu oculos iritare in admirationem. Bella ea profectò, bella foret, quæ velut exanimum ex ebore fictum ſimulacrum minio ſpargeretur aut cocco. O pupam dignam puellarum lararijs & altaribus! Demus verò, placeat in iuuenculis ille candor rubore ſparſus molliter, quis eum ferat in matronis? Sunt ætatum gradus: nec à ratione abhorret lilia velut & roſas virginis tenellum corpus pro verno tempeſtatis & ætatis quaſi flore imbuiſſe delicatiùs; at in viragine adultiori matureſcere hic debuit color. neque magis vernaculè alio eum verbo exprimi potuiſſe reor, quàm σιτόχροος. Quam quidem vocem ſi intelligerent ij, qui ſe omnia putant intelligere, nunquam Græci ſemper Græculi, non tricarentur importuniùs, nec Nicepho-
rum

rum aut Epiphanium ſcripſiſſe contenderent triticeo aut ſubfuſco colore. Demus enim triticeum colorem viros non indoctos eum arbitrari, qui ſubfuſcus eſt; nuſquam tamen Nicephorus, nuſquam Epiphanius alium, quàm σιτίχροον, id eſt triticeũ, deſcribit. Norunt hoc, quicunque vel à limine Græciam ſalutarunt. Hæc pro pietate in maiores noſtros,& illos ſacræ velut hiſtoriæ parentes dicenda videntur. Conferte nunc ea cum aduerſariorum commentis: Triticeus,inquiunt, color fœdus eſt. Eſt certè,ſi quam vos de vulgo philoſophi ſpeciem deformatis, ea ſola ſit amplectenda. Quid verò tum? quid vultis? D.Virginis colorem fœdum fuiſſe,imò fœdiſſimum? Videtis, quibus Virginem comparetis? quibus eam componatis? quò ipſam proiiciatis? Infra omnes mortales. Præclarior enim Æthiopum color eſt,quàm ille quem vos fingitis triticeum. At verò,ne omnino deuiare videamini, aliquid lucis adſpergitis. Hanc ego quidem non tollo; ſed quæro quorſum adſpergitis? Vt in meridianâ luce meliùs fœditas videatur & rideatur? Verùm enimverò non decet, aiunt illi, Virginem cælo dignam meretriciâ ſpecie deformari. Hæreo, Auditores, & vel primâ huius vocis ſyllabâ Batti adinſtar lapideſco. Quid agimus,per Deum immortalem? quid agimus? Ergóne meretrices ſunt, quotquot formoſæ ſunt?& ſolæ ſagæ,& vene-

veneficæ,& ſtriges pudentes erunt, caſtæ,integræ, dignæque puluinaribus ſanctiſſimi numinis,quæque rapiantur ad aram Veſtæ? Hem miſeram te, Suſanna, & ærumnoſam! fruſtrà tibi Daniel ſubſidio fuit:iterum ad palum vocaris, vt lapidum grandine calamitoſiſſimè perpluare. Noli negare te meretricem eſſe; pulcra es, & memorabili decore prædita: nihil vltrà argumentorum,nihil teſtium quæritur: omnium id vnum adinſtar eſt. Ne tu fruſtra integritatis famam ad poſterorum memoriam venditas, Iudith; ſcortum es,& idem tecum in proſtibulum compingitur Rachel, Abigail, Eſther. Quotquot denique pulcræ ſunt,meretrices ſunt.Hæc patiemini,Auditores? hæc ea ſunt: hæc ſunt Philoſophico digna ſupercilio. quæ quidem quantũ in reductiori ſignificationis ſacrario nefandorum contineant myſteriorum enuntiare vix auſim; nec tempus patitur diutiùs veſtrâ abutar beneuolentiâ. Agite ergo, ſi quid in ſe forma gratioſum habeat;ſi quod turpe eſt, idem non hominibus ſolùm inuiſum, ſed Deo quodammodo reiectaneum cenſeatur, qui à ſuis altaribus non ſacerdotes tantùm amouit, quibus non omnibus abſoluta articulis corporis cõformatio; ſed ne victimas quidem mutilas legitimum eſſe ſacrificium declarauit: ſi donum Dei pulcritudo eſt, ſi virtutis argumentum; ſi omnium Theologorum ſententiâ D.

Virgini exornandæ hoc inter reliqua velut monilia Deus elargitus; ſi nihil ſit, cur eodem ſpoliemus Matrem nobis iucũdiſſimam, plurima verò exacuant, ad conſeruanda, quę poſſidet, ornamenta; & alia aliunde exaggeranda; ne patiamini per cuniculos irrepere neſcio quos, &, quaſi allaturi eſſent aliquid noui, quod iam antè omnium conſenſu obtinebat Maria, diripere; exuere eam & ſpoliare iis, quibus parentem nemo ſuam exutam ſpoliatamque æquo ferat animo. Permittant illi coloris ac formæ decentiam inuiolatam illibatamque, quam tot laboribus Patres Theologique omnes hucuſque vendicarunt: tum ſi quid adiicere velint, nemo repugnabit, plauſu potiùs & laudibus proſequemur viros magnos, & bene de Virgine meritos, qui auctis imperij limitibus, eius velut pomœria produxerint. Fœda, fœda eſt opinio, quæ fœdam arguit Dei matrem, Dei ſponſam: fœda aduerſariorum eſt ſententia, quæ mantello inuoluitur honeſto, vt illi putant, vt ego existimo adeò tenui & lacero, vt fraudes tranſpareant & doli. Nihil certè magis mihi ridiculum videtur, quàm toties eos de ſtatu deiectos frontem tamen & os præbere, & genibus quaſi niti, & trunco corpore luctari contra Virginē. Quorum è numero ſi quis in hac ſpectatiſſimâ coronâ reperiatur, quem tamen reperiri non reor, etiam atque etiam rogo, cogitatè ac medi-

meditatè vti proſpiciat, quid hac præſertim tempeſtate, quâ Tartareus ille draco virulento ac cœnoſo ſuo vomitu honorem Virginis, quoquo poteſt modo labefactare conatur, quid hac, inquam, tẽpeſtate Chriſti fidem ac religionem profeſſis agendum, quid moliendum: quò cogitatio adſpirare, quò eluctari debet omnis induſtria. Nihil profectò vel leui vſurpandum ſermone iudicabit, ſed nec tolerandum quidem, non dico, quod Mariæ deroget, ſed quod vel minimùm derogare videatur. Alibi contentionibus ad ingenij oſtẽtationem ſubtiliùs acriuſque micantibus, atque animoſiùs ſcintillantibus arena adornetur; hîc laudem ea non habet exercitatio, neque excuſationem quidem habet. Nunc ad te mea ſe conuertit oratio, ô Maria, teque ſibi teſtem vocat nullum alicuiùs odio pugnaciter emiſſum argumentum. Nihil hîc habeat ſibi vmbratilis illa & ſæpè puerilis contentio. Seria, ſeria res eſt, quæ Virginem ſpectat. Seria res agitur: ſerioque profiteor, hanc me potiùs vitam eſſe proiecturum, quàm ab his diuerſum vnquam aliquid in animum admiſſurum. Ita conſtet fides Romana: ita faueas, cælorum terrarumque Regina, mihi & vniuerſo huic iuuenum virorumque cœtui clariſſimo: ita proſis æternùm omnibus.

ELEGIA I.

Amores ſuos caſtos eſſe.

VRimur! anguſto quid pectore claudimus ignem?
Qui latet in cæco carcere ſæuit amor.
Pande fores animi: procul hinc pudor eſto ſatelles,
Nulla meum torret flamma pudenda iecur.
Quæq; Deum pupugit, mea viſcera pungit arundo:
Si litem inſtituas, ille patronus erit.
Vrimur; & taciti frigus mentimur amantes:
Sed cineres ſpernit flamma, foraſq; ruit.
Bruma timoris abi: nunc æſtas floret amoris;
Tempora purpureis circumamicta roſis.
Mancupio me poſcis amor? Nil vindico contrà
Iuſtitio, in triplici iam licet eſſe foro,
Nec prætoris opus: non hîc quæſtoris egemus;
Nos natura tuo ſubdidit arbitrio.
Ne tamen, ô Veneris proles maleſuade Cupido,
Sub iuga manſuetas mitte ſuperbus aues.
Non tua præda ſumus: meliori carpimur igni:
Sparge alibi piceas, ſparge, puellæ, faces.
Vel matris dignus ſolea, vel fulmine patris
Noſtra triumphali ſub pede colla premes?
Non ego diffiteor, & amari, & amare voluptas,
Sed non quo Cypridis pectus amore calet.

Naſonis

Digitized by Google

Naſonis veneres liber odit. nulla Philetæ
Hîc tibi iura dabit, Callimachiq; nepos.
Materies diſpar operis, non Pontica noſtros
Damnabit fatis barbara terra libros.
Troſſulus iſta legat calido ſub fornice metra;
Vult noſtrum Veſtæ carmen in æde legi.

ELEGIA II.

Qualem amet.

VSque adeóne timet riuales æmulus ardor,
Vt quid amet, nolit dicere, quidquid amet?
Vt minotaurum citiùs capere in labyrintho,
Myſtica quàm Veneris noſcere ſacra queas.
Sole opus eſt toto, ſi fraudem prodere Martis
Mulciber, inq; ſuum claudere rete velit.
Non ea ſors noſtra eſt, amor hîc illuſtrior ardet:
Vtq; Cypris noctem, ſic amat ille diem.
Scire cupis quid amem? qualem nec Iuppiter olim
Repperit, ambiguum Prothea dum ſuperat.
Si foret Idæis iterum certamen in agris,
Et mea certamen vellet obire Dea;
Non Venus, aut Iuno, non Pallas, nulla dearum
Aurea Priamide iudice poma ferat.

ELEGIA III.

Depingit amatæ formam.

LOngior ancipitem ne mentem torqueat error:
Hîc dabitur viuo picta colore Dea.

Nec Venus hanc Paphio ſuperet comitata puello,
Nec ſuperet grauido nata Minerua Ioue.
Lesbia non certet docto celebrata Catullo,
Quæq; tuo legitur, Naſo, Corinna libro.
Pinge venuſtatem: concedet ſponte venuſtas:
Seq; meâ victam non neget eſſe Deâ.
Aetheriam afflauit lucem rex ætheris illi:
Solq; ſuos radios, luna deditq; ſuos.
Tot ſunt chryſoliti, quot habet mea ſponſa capillos,
Vſque adeò in fuluo vertice flamma micat.
De nemore hoc caſtâ lignatur falce cupido:
Inde ſuos arcus fabricat, inde faces.
Sed rapiunt oculi noſtram duo ſidera mentem:
Hinc Cynoſura mihi panditur, hinc Helice.
Hiſce meus liquidò ſitus eſt horoſcopus aſtris:
Hæc notet Aſtrologus, qui mea fata notat.
Inde ſupercilium lunato flectitur arcu,
Maieſtas ſolium quod velit eſſe ſuum.
Crinis ei niger eſt, tamen eſt niger ille decorè:
Cuiq; parem pretio non habet ipſa Charis.
Non aquila in naſo, nec habet ſibi ſimia nidum:
Naribus emunctis Polypus omnis abeſt.
Labra rubore roſas vincunt, candore liguſtra;
Nec tamen aut candent, aut nimis illa rubent.
Longior haud illi facies exorbitat æquo:
Aut nimiùm pleno circuit orbe genas.
Cætera quid memorem? digitorum textilis ordo
Vel radios poßit vincere, Phœbe, tuos.
Hic decor eſt formæ: morum decus altiùs exit;
Mente ſuâ næuos nullaq; menda tegit.

Faſtus

Faſtus abeſt oculis, non vlla ſuperbia fronti eſt;
Non nimiùm digitis hiſtrio geſtus agit.
Si quis vult famâ tabulas ſuperare vetuſtas:
Ille nouam hanc Helenã pingat, & hanc Venerẽ.

ELEGIA IV.

Nobilitatem Mariæ canit.

DAuus es, ô quiſquis necdum mea vulnera noſti:
Nil opus Oedipode eſt, Dauus & iſta legat.
Si tamen & titulos, & nomina magna requiras,
Heroëſq; atauos, progeniemq; Deûm:
Et mille ante annos nigras fuligine ceras,
Obſitaq; & ſpolijs limina barbaricis;
Bis tibi ſeptenos numerabimus ordine Reges,
Imperio Syriam qui domuere ſuo,
Atque triumphatos traxere ad fræna tyrannos,
Et ſpolia aurato diſpoſuere tholo.
Nec ſeries minor eſt vatum, quos præſcius ardor
Entheat, arcano pectora plena Deo.
Non ego Pontificum auguſtas numerare tiaras,
Digerere in faſtos conor & arma ducum.
Nulla adeò celſâ fruticat propagine vitis,
Vineaq; exculto traduce viuit anus,
Vt ſacra ſtirps Mariæ: Arcadicas quæ tempore lunas
Vincit, & Aſſyrias nobilitate domos.

ELEGIA V.

Ab omnibus Mariam tutò amari poſſe.

QVid moror? ecce patet iã carcere circus aperto,
Atque rotis toties meta petita meis.
Mappam vibrat amor. Non hic prætoris egemus,
Non dictatoris: currite quiſquis amas.
Iam faciem, & ſtirpem, & nomen ſpectaſtis amicæ.
Non equidem inuideo, currite quiſquis amas.
Omnibus vna poteſt, ſimul omnibus vna placere;
Omnibus vna ſimul plus ſatis eſſe poteſt.
Cuilibet hanc licitum pugili decerpere palmam:
Qualis Idumæis nulla vireſcit agris.
Silua, nemus, lucus contrà non iuerit vllus:
Quotquot habet flores, quotquot habet folia.
Vna omnem ſiluam, nemus, & lucum anteit arbor,
Cuius fronde meus tempora velat amor.
Iam Veneris ſordet notiſſima myrtus in horto,
Quæq; tuo tincta eſt, diua, cruore roſa.
Non ego moroſos poſtes, non ambio demens
Centum clauſa ſeris limina, centum oculis.
Sponte patent, nullaſq; opus eſt geminare querelas,
Et lacrymis verſus ſcribere non opus eſt.
Ianitor hic nullus, non obſtat turba procorum:
Nil ſibi leno petit, nil ſibi lena petit.
Nulla ibi laſciuæ metuenda pericula noctis,
Inſidiatoris vulnera nulla proci.
Ipſe lubens ego te ſecuro limite ſiſtam:
Inq; ſacrum ducam te penetrale Deæ.

ELE-

ELEGIA VI.

Se puerum à bellis ad Mariæ caſtra vocatum.

Caſtra acieſq; cano, verſas & funditus vrbes,
Obruta cum populis regna Deoſq; ſuis.
Iam maiore mihi carmen venit ore ſonandum,
Cornua ahena boant, & tuba rauca fremit.
Fluxa erat, & necdum veſtis conſtrinxerat artus,
Puſio & vlnaris vel bipedalis eram;
Ardua bellator gererem cùm prælia, cumq́;
Sluſa fuit turmis victa ſubacta meis;
Sluſa viris armiſq; potens, cui Troïca cedant
Pergama, Neptuni quæ fabricata manu:
Quam pater Oceanus glaucis complectitur vndis,
Quam Tethys æquoreis ſalſa coronat aquis.
Pellæum nomen, magnus Farneſius illam
Cinxerat, Aetneis conſcideratq́; globis.
Dum tonitru micat aſsiduum, bella horrida bella
Paruula per plateas turba domoſq́; gerit.
Auctor ego audendi, ſtipulis noua condita Sluſa,
Factaq; arenoſo ſunt noua caſtra luto.
Hîc ego miles eram, nec eram ſine nomine miles;
Sæpè Tribunus eram, ſæpè ſatelles eram.
Nomina mutabam, non rarò in arundine longâ
Ducebam turmas irrequietus eques.
Hæc mea marmoreis debetur gloria faſtis;
Auſpiciis cecidit Sluſa ſuperba meis.
Iamq́; triumphali parua ad Capitolia pompâ
Ibat io, miles, io triumphe, canens.

Lætitiâ exultans iam tangere vertice cælos
Iactabam, & magnis celſior eſſe dijs.
Ridebat cælo ſpectatrix Virgo ſereno,
Cùm ſubitò attonitum voce manuq́; vocans,
Quid tibi cum ſæuis, ait, audax puſio, caſtris?
Pone haſtam, & calamo prælia noſtra gere.

ELEGIA VII.

In Poëticis à Mariâ ſe adiutum prædicat.

Non Aganippæi tingant mea tempora riui,
Non ego de Circes pocula laudo penu.
Sobria vena fluat, non ebria Apolline vena,
Quæ Tripodis furias ebria vena bibit.
Phœbe vale, & Phœbi comites Parnaſſia turba,
Vnius in Mariæ congero vota ſinum.
Tempus erat nexu exanimes cùm ducere voces
Cogerer, & vates condere metra nouus.
Pallida vix tremulos figebat ſyllaba greſſus;
Eia rape inuitam, dura Poëſis ait.
Iamq́; dabam in rigidas innoxia verba cataſtas,
Mordebat teneros arcta catena pedes.
Illa recuſabant indictâ vincula cauſſâ,
Seruitijq́; ferox mancipijq́; iugum.
Libera erant, Romæ cenſum ciuemq́; profeſſa:
Teq́; vocant, Valeri, teq́; Tribune vocant.
Vna mihi auxilium properabat Virgo parenſq́;,
Vna erat in tantis ancora fida malis.
Illa rebellantes verſus parêre iubebat,
Sternaces adigens fræna lupoſq́; pati.

O quoties pluteum vano conamine fregi,
Arroſo & viduus vngue fuit digitus!
Pumicis è fibris citiùs noua fluctuet vnda,
Vel nouus Eridanus, vel nouus Oceanus;
Quàm tenui ſaltem ſtillaret vena Anapæſto,
Quodq; tuum nomen carmen, Adonis, habet.
Non ita ſub Scythico glaciantur flumina plauſtro,
Bruma catenatis quando triumphat aquis.
Tu mea mulcebas ſuaui præcordia cantu,
Aurato feriens pectine, Diua, lyram.
O lyra vocalis, materq; ipſiſſima Suadæ!
Orphei non adeò vena diſerta fuit.
Mox lethargus abit, ſacro micat impete vena,
Et ſponte in numeros obſequioſa ruit.

ELEGIA VIII.

Votum Rhetoricæ.

NEſcio cur ſolitum præter mihi vena coruſcet,
Atque nouum prurit deproperare melos.
Semiſopita domi torpebat barbitos olim,
Elinguiſq; chelys, mutaq; erat cithara.
Nunc iterum Lethes abſterſit ſtrenua limum,
Alueoq; in verſus limpidiore fluit.
Sentio, numen adeſt, ſtimulos ſub pectore verſans;
Numen adeſt noſtris Virgo pudica metris.
Illa crepundiolis infantia verba reſoluit,
Abſterſit teneris lac adipale labris,
Sermonemq; dedit pugnaci ardere lacerto,
Martio & in campo feruere ſcripta dedit.

Digitized by Google

O quoties ſudore ærumnoſoq; labore
Penè fatiſcebat mens ſimul atque manus?
Abiicere & clypeum volui periurus & haſtam,
Sacraq; militiæ prodere ſigna meæ.
Et volui & voui Steropum flagraſſe camino,
Rhetoricum Tulli quidquid anhelat opus.
Virgo aderat, linguamq; acuens animumq; clientis
Victoris iuſsit lambere ſerta caput.
Præſide te, Diua, chartacea per freta vexit
Naufragij metuens dextera noſtra ſtylum.
Ebria de Tulli ſtillabat charta liquore,
Illimi calamus fonte bibebat aquas.
Fortè etiam noſtris aliquid fas dicere chartis
Non malè, nec varo ſubſiliiſſe pede.
Rara auis illa quidem, ſed veſtris victima ſacris;
Si qua fuit, veſtro nata fauore fuit;
Veſtra, Maria, fuit, veſtro ſine numine clauda
Ire ſalebroſum penna negabat iter.
Penna procax, rigidi nimiùm mala penna cerebri,
Morigera imperio ſed tamen illa tuo.
Virgineis anathema tholis votumq; perenne
In decus ô noſtræ, fida miniſtra, Deæ.
Illam anima, tantæq; ſinas vt baiula laudis,
Quadrifidas orbis peruolet vna plagas.
Vna ferat Mariam, atque vltra Garamātas & Indos
Celſa equitet nullum non aditura locum.
Et terras ſuperans, rutilis ſeſe inſerat aſtris,
Dicta tamen memori paucula mente notet.
Audi, penna leuis, nimis & temeraria penna,
Penna omnes diras ebibitura meas.

Si

Digitized by Google

Si Mariæ inſidam te lux conſpexerit vlla,
Inferno; voueo, ſis anathema Ioui.

ELEGIA IX.

Votum Dialecticæ.

Limina ſollicitus Sophiæ cùm ſcandere vellem,
Veſtibulo torpens pes ſtetit atque animus.
Obſtupui, riguere comæ, cauſſaſq; requiro:
An torpedo citum faſcinet vlla gradum?
Cùm ſubitò ante oculos auratâ veſte refulſit
Virgo, Deam vultu, numen & ore ferens.
Ecquid, ait, vano fruſtra conamine tentas
Irruere in noſtros, myſta profane, lares.
Si Sophiæ penetrare ardet ſacraria virtus,
Quâ reſeres adytum clauis emenda tibi eſt.
Aurea quam cudit ſolers Dialectica clauem,
Hac ſine ferrato ianua poſte riget.
Nundina Diua forum Catuaci pandit in vrbe,
Inq; Aquicinctinis venditur illa ſcholis.
Exilio, grateſq; hilari depromo camœnâ,
Viribus emicuit ſpes rediuiua nouis.
In Labyrinthæos immergor conuena ſaltus,
Aeſonidæ leuius fata dedêre malum.
Nulla glomos Ariadna tulit, votum omnibus vnum
Ire per ambiguæ limina cæca domus.
Tum viciſſe putant, fratres tum Palladis eſſe,
Et cerebro grauidi proſiliſſe Iouis.
Dirior vnus erat mihi tauro & minotauro,
Omnibus & monſtris vnus elenchus erat.

Vndique

Digitized by Google

Vndique cornutâ miſerum me fronte petebat,
Vrgebatq́; vagas ire redire vias.
O quoties dixi, Vellem tibi Lerna malorum,
Trux caput herculeâ comminuiſſe trabe!
Vndique naſſa pedes & retia tecta premebant,
Et laqueus fallax, eſcaq́; plena dolis.
Nigram exertabat quantum canis Appula linguam,
Criſpataq́; dabat nare cachinno iocos.
Ridiculus ſtomachum mouit quandoque ſophiſta,
Et volui ſacros igne cremare libros.
Tum mihi ſupplicium flammâ ſoluiſſet elenchus,
Soluere quem toties friuola cura fuit.
Tandem animũ rigido firmaui adamante, cachinnos
Atque iocos ferreâ ſpernere fronte iuuat.
Ignea de cælo luxit pharus, illa maleas
Euripoſq́; vagos lux ſuperare dedit.
Euaſi dubiaſq́; vias fluctuſq́; doloſos,
Et portum adſpicio cælite tutus ope.
Reſpice vota ſacris quæ pendent, Virgo, feretris,
Verba, ſed obſequio verba ſacrata tuo.
Verba, equidem fateor, ſunt hæc, non mortua verba,
Toto animo potitur charta animata meo.
Totâ animâ potitur, totum me dedicat vni.
Nil vbi iam reliqui eſt, poſcere plura nequis.

ELEGIA X.

Votum Phyſicæ.

D*Iua, faue, Sophiæ Præſes clariſſima noſtræ,*
Quoq́; ſoles olim numine, Diua, faue.

Te

Te duce victa meum mandit natura lupatum,
Et patet indomitis ianua clauſa feris.
Illius aureolis oſtentant atria ſeris,
Quidquid habet tellus, quidquid & orbis habet.
Inuia nulla oculos arcent penetralia noſtros,
Neptuni domus eſt nota Stygiſq́ domus.
Cælum adij, ſtellaſq́ vagas, & fixa coëgi
Sidera ſub numeros ire ſuperba meos.
Non opus aëriæ eſt imponere Pelion Oſſæ,
Mente polos licuit viſere, mente Deum.
Vltra etiam cælos vacuum per inane Tonantem
Quæſiui, & reperi: non via facta via eſt.
Omnia perluſtrans vnam ſuper omnia amaui,
Nil tibi præpoſui compoſuiq́ nihil.
Vni cede Deo, cedent tibi cætera Virgo,
Matre ſuâ melius nil Deus eſſe cupit.
Virgo, cui ſaliunt feſto mea pectora plauſu,
Hæc tibi erunt templum, cor erit ara tibi.
Sic voueo, votiq́ libens hæc ſymbola pango,
Quæ tibi me nexu non moriente ligent.

ELEGIA XI.

Præſentatio B. Virginis.

BRuma pruinoſos torpebat lurida canos,
Atque pigro ſtabant flumina vincta gelu.
Pallidus & Phœbus caudam metuebat aduncam,
Frigore quâ rabidus Scorpius vrit agros.
Præpete per vacuum rapior ſublime volatu,
Cumq́ viâ fugiunt me quoque ſigna viæ.

Mox

Digitized by Google

Mox Solymæ ſiſtor celſâ peregrinus in vrbe,
Quâ radiant ſacræ tecta ſuperba domus.
Necdum firmaram ſtabili veſtigia greſſu,
Cùm noua pompa meos conſtitit ante oculos.
Progreditur niueâ vegetuſq; valenſq; ſenectâ,
Auguſtâ regem fronte oculiſq; gerens.
Roboreus validam fulcibat ſcipio dextram,
Hæc hilari grauitas non temeranda ſeni.
Veſtis erat qualem non dedignetur Apelles
Fingere longæui Neſtoris eſſe togam.
Sacra velut quercus luco ſpectabilis imo
Horrificis ſtaret non violanda comis:
Sic nemoroſa ſeni, nulliq; obnoxia ferro,
Veſtibat roſeas barba verenda genas.
Ponè ſubit coniux, canis licet obſita ſacris;
Virgineus nondum liquerat ora pudor.
Si qua foret ruga, hæc illam quoque ruga decebat:
Si quis erat næuus, cauſa decoris erat.
Qualis Opem cælum per florida rura trahebat,
Cùm noua, cumq; recèns condita terra fuit.
Qualis cùm primis arderent ſidera flammis,
Aurea Saturnus duxit ad aſtra Rheam.
Qualis & ipſe ſuâ gaudebat Olympius Herâ,
Nequitijs ætas dum negat alba locum.
Fabula ſi qua poteſt veros tibi ponere vultus,
Talis erat noſtri pompa decuſq; chori.
Parua ſequebatur matrem vix trimula virgo
Arripiens tenerâ penſile ſyrma manu;
Vix ſignabat humum tenero pede, vix bene norat
Quo librare potis mollia membra gradu.

At-

Attamen illa meas rapuit tam parua medullas,
Illa mihi penitas vßit amore fibras.
Perq́; mea ætherius ſubitò liquefacta cucurrit
Oſſa calor: totus non niſi flamma fui.
Qui frontis radij! quantum fuit inſtar in ore!
Ipſe ſuo attonitus Phœbus in axe ſtetit,
Quadrupedumq́; ferox vndantia lora retentans
Igniuomo è curru deſilijſſe velit.
Nil mortale gerit facies digniſſima cælo,
Clariùs Erigones fulgeret illa loco.
Leniter ad cælum placidos tollebat ocellos:
In tenero clauſum pectore numen erat.
Exſilienſq́; foras blandè, ſurſumq́; coruſcans
Aſtra ſua & meritis non aliena petit.
Palla decens humeros circumuolitabat eburnos:
Mordebat caſtos zona pudica ſinus.
Candida veſtis erat nullo medicata veneno,
Contrà reor victas erubuiſſe niues;
Vel cretam inuidiâ, vel lac mutaſſe colorem,
Lilia vel foliis diſplicuiſſe nouis.
Cæſaries per colla fluens humeroſq́; ſinuſq́;,
Suaue iocos Boreæ deliciaſq́; dabat.
Tenuia non adeò depectunt vellera Seres:
Non adeò bombyx tenuia fila trahit.
Nec generoſa truci dum Palladi certat Arachne:
Qualibet aut fuſo nata coloq́; nurus.
Sponte nec adſcitâ voluit coma laude mereri
Cælum, Ariadneis dignior exuuijs.
Virgineis arguta roſis ſacra tempora circum
Florebat gracili texta corona manu.

N Panxe-

Digitized by Google

Panxerat hanc illi genitrix de corde pudico:
Vnde innupta ſibi mellificarat apis.
Ventum erat ad magni veneranda ſacraria templi,
Fumat vbi æterno victima multa Deo.
Ardua ſurgebant gradibus ter marmora quinis,
Clara Caryſtæis marmora lecta iugis.
Egreditur myſtes ſacris penetralibus, & ſe
Viſendum auratas præbuit ante fores.
Purpureo genitrix vultum depicta pudore,
Conſtitit, & roſeis filia parua genis.
Pauca pater loquitur, multo ſed pondere, verba,
Deuotamq́; Dei conſecrat obſequio.
Vix bene finierat ſolennia verba ſacerdos,
Voceq́; adhuc mutilâ dixerat, Illa mea eſt;
Emicat, & matri properans & ſuauia patri,
Et matrem & patrem gnata valere iubet.
Conſcendit ſublime adytum. Quàm brachia vellem
Auxiliatrici ſuſtinuiſſe manu!
Sed pudor, & mœror, ſed circum turba retentant,
Officiumq́; viri Virgo modeſta fugit.
Proxima iam templo ſteterat, iam proxima cælo,
Molliter & flexo poplite dixit, Aue.
Dixit Aue gratum myſtis, gratumq́; Tonanti;
Sed mihi ſed reliquis, triſte nigrumq́; Vale.

ELEGIA XII.

Spectat cœnam Virginis.

V*Eſper erat, curruſq́; auro flagranſq́; pyropo*
Miſcebat curis otia lenta ſuis.

Colla

Colla Phlegon, Pyroïs iactant, Eous & Aethon
Ardua flammiuomis excutienda iugis.
Soluere latranti dum fas ieiunia ventri;
Atque ſuas poſcit ſobria menſa dapes;
Eſuriem prægnans vtero geſtare videbar:
Bos mihi non tantum luca fuiſſet onus.
Nec tamen exanimis ſcintillas ſuſcitat ignis,
Et cineres gelidæ frigora mortis habent.
Spes mihi nulla ſuper. Iam mucida cruſta volebam,
Oſſaq; Cecropij rodere dura canis.
Sed potiùs tolerare famem, letumq; Stygemq;
Quàm dominæ, certum eſt, linquere tecta meæ.
Nos ſaturos ſemper quamuis mentimur amantes,
Dura fames vrget, ſed magis vrget amor.
Veſper erat; nox atra humeros circumdata palla
Spargere Lethæas mœſta parabat aquas.
Aligerûm cerno paſſim properare cohortes,
Et Mariæ circum ſtare volare latus.
Paruula menſa fuit, memori quæ condita cedro,
Clauſerat hanc tereti ſtrenuus orbe faber.
Pes gracili torno palmam ſimulauerat arte,
Quam vernans hederæ lambere iuſſa coma.
Hanc vbi ſolliciti medio poſuere cubili,
Excuſſoq; omni puluere munda ſtetit,
Illi candidulos imponunt gnauiter orbes,
Atque opus argutæ lintea picta manus:
Pars ſedem properant: mater cui Palladis arbor,
Atque parens Ioſeph, vt reor, alter erat.
Pars nitidâ textum byſſo puluinar adornat,
Ne quid inurbane ruſtica ligna patrent.

Cælatâ guttum defert cum pelue, manuſq;
　Perfundit roſeis angelus alter aquis.
Alter habet nitidum puri mantile coloris,
　Tergeat vt digitos aurea Virgo ſuos.
Hic niueæ Cereris ſatagit felicia dona,
　Aetherij plenum nectaris ille ſcyphum.
Cætera ſublimi delabens æthere turba,
　Virgineâ properat fercula digna fame.
Sobria cæleſti gaudebat menſa catino:
　Grata notat multus iuſſa miniſter heræ.
Sponte etiam volucri celer occupat impete nutus,
　Inuitatq; famem, ſollicitatq; ſitim.
Chironomon dextrâ artifici circum omnia curſat,
　Hoc velit aut illud, quid velit illa, rogat.
Quàm benè lacteolâ ſolers pincerna propinat,
　Atque iterum recipit cymbia pura manu!
Chironomon placuit, placuit pincerna: ſed vna,
　Vna oculos rapuit detinuitq; meos.

ELEGIA XIII.

Magnitudinem amoris in Deiparam teſtatur.

SI quanto, mea Nympha, tui miſer vrar amore,
　Ardeat, & quanto fulguret igne iecur,
Aurea vel Tullî, vel gemmea penna Maronis
　Scribere, vel Suadæ dicere linguâ queat;
Et cælo poterit ſtellas numerare ſereno,
　Ducere ſub ſignis aſtra ſuperba ſuis:
Vndiſoni poterit pelagi diſpeſcere guttas,
　Cenſor & immenſi ciuibus eſſe maris:

Inq;

Digitized by Google

Inq́; abaco ſteriles Libyæ deſcribet arenas,
Aëris imperium dum leuis Auſter habet:
Et folijs ſtirpem ſolers gentemq́; notabit
Frigore dum gelidos ſcorpio mordet agros:
Hic feſſos laceres calamos, tabulaſq́; Properti,
Atque fatigatos, culte Tibulle, libros.
Hic Veneris frater Naſo balbutiat, infans
Lallet, & ad cunas ſtridula lallet anus.
Pocula qui Lethes vetuit te ducere, paſſer,
Ebrius hîc Lethes amne Catullus erit.
Quæq́; Cupidineis turba eſt prætoria caſtris,
Militiæ fruſtra flagitet æra ſuæ.
Et glacies Venus eſt furtiui mater amoris,
Ipſe merum à Getico eſt axe Cupido gelu.
Nemo meas flammas, mea nemo incendia nouit:
Non ſata plebeiâ eſt arbore teda mihi.
Nox mihi nulla adeò vecors dormitur inerſq́;,
(Aut lacrymis canitur nox ſcelerata meis)
Quin decies, deciesq́; tuum mihi nomen in ore,
Pectore quin decies ſculpitur, & decies.
Lumina nam quoties ſomno deluſa fugaci
Aëra noctiuagum ſemiſopita bibunt:
Et quoties feſſum latus, & languentia cogor
In duro laſſus voluere membra toro:
Aera mihi quoties horas campana loquuntur,
Quæ volucres Lunæ concomitantur equos;
Ter IESV *nomen, Mariæ ter dextera nomen*
Exarat; hæc penitis nomina ſcripta fibris.
Te ſine nec vigilo, ſine te nec dormio: noctes
Atque dies Virgo vindicat vna ſibi.

ELEGIA XIV.

Virginem morituro filio occurrentẽ ſequitur.

E Heu! quos elegos, vel quos lamenter iambos?
Subſidunt elegi, torpet iambus iners.
Oſtentum perferre nequit, monſtrumq́ doloris:
Imbelles queritur clauda Elegia pedes.
Ipſa Sophoclæo quamuis ſubnixa cothurno
Melpomene tragicis non ferat hoc humeris.
Nympha mea (ô tellus, ô ſidera! fundite riuos:
Fundite funereæ quidquid habetis aquæ)
Nympha mea indignos plorat miſeranda dolores,
Flammeoli pereunt præ lacrymis oculi.
Quin ego te plorare veto, frontemq́ ſereno?
Argumenta tui iuſta doloris habes.
Non ego te plorare veto, plorabimus ambo:
Sæpè ſolet leuior mutuus eſſe dolor.
Heu! tuus, heu! Ieſus fœdâ trabe ſcandit onuſtus
Caluariæ montis ſanguinolenta iuga.
Quin mœſtas oculi pluuias, nymboſq́ cietis?
Audiat hæc durus Caucaſus, illacrymet.
Aut Niobe rurſum montem exuat, aut noua terris
Marmoreis fundat flumina viſceribus.
Ite humiles lacrymæ, totum perfundite vultum,
Legitimus vobis alueus eſſe negat.
Agmine non certo diſcurrite, frangite ripas:
Lege caret facinus, lege dolor careat.
Poſt lacrymas pluat vndiſono mihi ſanguine vultus:
Sanguis vbi deerit, ipſa medulla pluat.

Sed

Digitized by Google

Sed quid ago? ruit, ecce, ruit, ruit obuia nato
Mater: in amplexus illius ire parat.
Heu caue! Nympha caue: mordaces reſpice ſpinas,
Quæ terebrant gnati dilaniantq́ caput.
Os prohibent ori coniungere, labraq́ labris,
Horridaq́ intentant ſpicula; Nympha caue.
Tecta luto facies, & ſputo eſt obſita: nullum
Nullum repperient oſcula veſtra locum.
Quò ruis infelix? vide ſis vt torua ſatelles
Sæuaq́ contuitur, perdere teq́ cupit.
Vincit amor: ſequimur: ſignare nouiſſima verba,
Et memori penitus ſculpere corde iuuat.

ELEGIA XV.

Mater Virgo adſtat morienti filio.

TEn' ego, te mea lux infami ſub cruce ſtantem,
Vnigenaq́ inter funera mœſta Dei
Vidiſſem incolumis? potiùs mihi terra dehiſcat,
Et diſrupta voret vile cadauer humus.
Montibus, aut ſæuis me rupibus obruat antè,
Oceaniq́ imis mergat & antè vadis.
Caucaſeo in ſaxo me deliget antè, volucres
Vt lacero exſatiem corpore, numen atrox.
Hoſpite me triſti lætetur Cerberus, antè
Quàm videam lacrymas, mellea Virgo, tuas.
O cauea immanis, dirum & ferale theatrum!
Digna Thyeſtæas ſcena referre dapes:
Aut quales epulas coxit Philomela marito,
Viſcera dum Tereus manderet ipſe ſua:

Aut natos Medea tuos, dum patris in ora
Iactaſti, & rabidâ viſcera fracta manu:
Andromacheną; ægram, quando Aſtyanacta parabat
Turribus è patrijs præcipitare Ithacus:
Hippolytum lacerum, atq; iterantē vulnera Phædrā,
Et tragicum quidquid barbaricumq́; ſonat.
Nil atrox adeò, infandum, crudele, nefaſtum
Vlla dedit populo ſcena, nec vlla dabit.
Non Maro deſcribat ſcelus hoc, non pingat Apelles:
Non vmbram ſceleris ducat hic, ille canat.
Cedite Pierides, tuq; ô formoſus Apollo:
Hic tacet elinguis tibia, muta tuba eſt.

ELEGIA XVI.

Condit Mariæ tumulum.

MAgnū opus aggredior. diuiq́; homineſq́; fauete.
Huc ades aligeri turba miniſtra chori.
Conſilio auxilioq́; tuo cauſſa indiget & res,
Vt ſtatuam Dominæ buſta ſuprema meæ.
Mauſoli fido coniux bibit ore fauillas
Coniugis immergens viſcera viſceribus.
Barbaricum auerſor facinus: meliora fuere
Albanis quondam, viua ſepulchra, canes.
Nec placet aërij moles ſacra Mauſolei,
Quam celebrat priſcis garrula fama libris.
Quem iuuat in vaſto corpus tumulare ſepulcro,
Hunc tegat in vaſto turpis Atlante ſpecus.
Vrna modeſta meam tegat & generoſa Mariam,
Sit buſtum frugi, qualis erat thalamus.

Sex

Digitized by Google

Sex pedibus ſurgat terrâ ſublimiùs, octo
Porrigat in longum, tres latus omne premat.
Non vario ſaxo aut emblemate vermiculato
Detineant oculos buſta ſuperba meos.
Virgineo Nympham decet intactóq; alabaſtro
Condere, quod mundâ terſerit arte manus.
Exaret & paucos ſapienti dextera cælo
Innuptæ verſus Palladis; imò meos:
Hîc Virgo Materq́; iacet, Regina Deorum:
Non iacet hîc, GNATI *regna paterna tenet.*
Dein tria ſubiiciet tenuis mihi verba character,
Suſius hoc Mariam compoſuit tumulo.

ELEGIA XVII.

Tumulum Mariæ corpore deſtitutũ offendit.

SOmnus ab exequijs reducem me fortè tenebat:
Optabam votis mille redire diem,
Phoſphoron hortabar pigrũ increpitaret vt agmen,
Tardigrados lunæ præcipitaret equos.
Nec paſſus dormire nigras clamoſior horas,
Nec Phœbum in rutilo ſtertere chryſolitho,
Huc ades, huc, Phœbe, huc, iterãs, oculeiſſime Phœbe,
Ad Dominæ tumulum currere flagrat amor.
Audijt, & foribus ſolito properantiùs exit
Auroræ inuadens proxima regna ſuis.
Exſilio è thalamo, fidamq; in pyxide nardum
Inq; onyche Aſſyrium congero malobathrum.
Cryſtallo innubi condo noua balſama, Idumes
Rorifluis nuper balſama lecta iugis.

Textilibus ſtipo calathis violaſq; roſaſq;,
Quas impolluto meſſuit vngue manus.
Currere pes gaudet, manus ardet inungere Nympham,
Floribus & tumulum ſpargere cinnameis.
Ver corpus teget omne. illos paradiſus honores
Non habuit, tellus dum noua virgo foret.
Egredior tectis. pedibus talaria nectit,
Atque ſuas alas dat mihi caſtus amor.
Virginis ad tumulum ſtabam, niueumq; recludens
Marmor, rupigenæ marmoris inſtar eram.
Heu! mea Nympha aberat, neque paſſa eſt mortua noſtro
Officio exuuias obſequioq; coli.
Tum propè pœnituit culpaſſe illius amores,
Quæ tumulum extincto præbuit ipſa viro.

ELEGIA XVIII.

Infanticidium.

QVæ fuit illa dies, quàm tetro paſta veneno
Cui venus atrato ſyrmate amicta præit,
Cui croceos renuit Aurora effundere crines,
Squalida triſtitiæ nubibus ora tegens!
Illæſo nequijt quam ſol adducere curru:
Aurea nam primo limine fracta rota eſt.
Feruidus immani Phœbus candeſcit ab irâ,
Atque deos omnes deierat atque deas.
Tum claudus Vulcanus erat, tum crure dolebat,
Vix Steropem è lecto ſuſcitat igniuomo.
Ille rotæ vulnus generoſo inuoluit in auro,
Plaga cicatricem donec adulta ferat.

Horruit

Horruit infamem Phœbus conſcendere currum,
Atque Thyeſtæas mallet adire dapes:
Torpeſcitq́ꝫ Phlegon, Pyrois, Eous & Aethon
Gemmifero ſubter procubuere iugo.
Dumq́ꝫ parat reditum, dum frena vndantia ſtringit,
Orbitâ ab aſſuetâ dum reuocantur equi,
Miles adeſt, miles, duce qui Buſiride dignus
Humano violet ſanguine templa Deûm:
Quiq́ꝫ adytum Solymæ cunctis venerabile terris
Pontificum vinclis deſecret atque nece.
Ille manu librat balearis pondera fundæ,
Præpete huic pennâ tortilis haſta volat.
Quadrupedumq́ꝫ ferox mœſtos quatit vngula cāpos:
Et pede lactentes ira molit ſegetes.
Quaquâ iter eſt, campi latè vaſtantur & agri,
Horriſonoq́ꝫ caret funere nulla domus.
Si qua parens natum fidis animoſa latebris
Abdiderit, fracto prima ruit iugulo.
Inde ſubit tacitis latro truculentior antris,
Rimatur ferro, quærit & igne viam,
Atque tenella ferox allidit corpora terræ,
Spargitur in durum ſacra medulla ſolum.
Eſt pede qui teneros apprehendens ventilet vno
Parietis vt durus conterat oſſa lapis.
Diuulſi hac illâ iactantur parte lacerti,
Cruraque pedeſq́ꝫ aliò dilaniata volant.
Lacteolumq́ꝫ rotatur humi caput, & vaga luget
Buſta pijs genitrix ſanguinolenta genis.
Iam trepidis ductor portis admouerat agmen,
Silueſtriq́ꝫ videt valle latere caſam.

Mopſulus

O quoties ſudore ar
Penè fatiſcebat m
Abiicere & clypeum
Sacraq; militiæ
Et volui & voui Ste
Rhetoricum Tull
Virgo aderat, lingu
Victoris iuſſit la
Præſide te, Diua, ch
Naufragij metu
Ebria de Tulli ſtill
Illimi calamus
Fortè etiam noſtr
Non malè, nec
Rara auis illa qu
Si qua fuit, v
Veſtra, Maria, fu
Ire ſalebroſu
Penna procax, r
Morigera in
Virgineis anat
In decus ô n
Illam anima, t
Quadrifid
Vna ferat Mar
Celſa equi
Et terras ſuper
Dicta tam
Audi, penna l
Penna om

[...]tes, non vlla furoris imago,
[...] noſtro regnat in orbe chaos.
[...]tans puerorum ſanguine potus,
[...]æo grata trophæa duci.
[...] innocuo lauiſſe in ſanguine Bethlem?
[...]uem morti quæritis, ille fugit.

ELEGIA XIX.

[R]ogat vt ſibi adſit vltimâ mortis horâ.

[...] vbi feralis miſerum me lectus habebit,
Vltima cùm fugiet ſolis & vmbra mihi;
[...]ans telum crudeli cote acuet mors,
[...]iat vt pectus cuſpis acerba meum;
[...] exſuccos morbus populabitur artus,
[Sa]nguemq́; vret ſemiputremq́; cutem;
[...]acies mœſtùm gelido ſudore liqueſcens,
[...]hæo implebit flumine vtraſque genas;
[...]viduata ſuo liuentia labra corallo
[...]nereo pinget rapta fauilla rogo;
[...]endùm dentes quando ſtridore fremiſcent,
[...] lacrymis murmur triſtius ore dabunt;
[...]q; meus nebulis oculus nocteſcet amaris,
Iamq́; aderit tenebris mors adoperta caput;
[...] mihi tum Virgo cæleſti lumine cincta
O propior mœſti fulcra tuere tori,
[E]t mortem increpita, ne noſtro fortè tyrannus
Longiùs inſultans gaudeat interitu.
Mollia dic iaciat non vllo tincta veneno
Spicula, Neſſeâ non ſaturata lue.

Hor-

Mopſulus ad matris nectebat brachia collum,
Pinguiculis vrgens vbera nota labris:
Irruit huc miles fruſtra latrante Lyciſca,
Eruat vt matris pignora cara ſinu.
Illa ſed infracto contrabellatur amore,
Opponitq́; truci pectus inerme neci.
Barbarus infeſto coſtas mucrone terebat,
Perq́; tua matris viſcera, nate peris.
Corpora bina vnum potuit pertundere ferrum,
Morſq́; eodem rapuit vulnere ſæua duos.
Heroum facinus rabidus patrarat Apella,
Flagitet vnde ſuum præmia lauta ducem.
Iam labat aßiduo conuulſus ab ariete murus,
Nudantur pauidis mœnia parua viris.
Iam rabies fera corda acuit, iam fulgurat enſis,
Ebriaq́; è Stygio flumine tela furunt.
Agmina rara virûm tetro ſtridunt vlulatu,
Nec bellare pares, nec ſua damna pati.
Femineæ horreſcunt acies, dux femina belli:
Vincere, vel victas vnica cura mori.
Iamq́; nouem menſes, iam dira pericula partus
Et rediuiua ſuo flumina lacte mouent.
His graſſatur amor telis, his vincere tentat,
Et quæcunque poteſt feruidus arma mouet.
Dum ſoboli mortem violentus latro minatur,
Sæuior armato femina læſa viro.
Sed fruſtra æratis mulier concurrere turmis
Audet, & infeſtâ cuſpide victa cadit.
Vndique funeſti cumulantur ſtragis acerui,
Sanguineoq́; fremunt compita operta mari.

Nulla

Nulla deeſt facies, non vlla furoris imago,
Tartareum noſtro regnat in orbe chaos.
Victorio cantans puerorum ſanguine potus,
Figit Idumæo grata trophæa duci.
Quid iuuat innocuo lauiſſe in ſanguine Bethlem?
Dedere quem morti quæritis, ille fugit.

ELEGIA XIX.

Mariã rogat vt ſibi adſit vltimâ mortis horâ.

TVnc vbi feralis miſerum me lectus habebit,
Vltima cùm fugiet ſolis & vmbra mihi;
Cùm furians telum crudeli cote acuet mors,
Hauriat vt pectus cuſpis acerba meum;
Et ferus exſuccos morbus populabitur artus,
Exſanguemq́ue vret ſemiputremq́ue cutem;
Dum facies mœſtùm gelido ſudore liqueſcens,
Lethæo implebit flumine vtraſque genas;
Cùm viduata ſuo liuentia labra corallo
Funereo pinget rapta fauilla rogo;
Horrendùm dentes quando ſtridore fremiſcent,
Et lacrymis murmur triſtius ore dabunt;
Solq́ue meus nebulis oculus nocteſcet amaris,
Iamq́ue aderit tenebris mors adoperta caput;
Tu mihi tum Virgo cæleſti lumine cincta
O propior mœſti fulcra tuere tori,
Et mortem increpita, ne noſtro fortè tyrannus
Longiùs inſultans gaudeat interitu.
Mollia dic iaciat non vllo tincta veneno
Spicula, Neſſeâ non ſaturata lue.

Hor-

Digitized by Google

Mopſulus ad matris nectebat brachia collum,
Pinguiculis vrgens vbera nota labris:
Irruit huc miles fruſtra latrante Lyciſca,
Eruat vt matris pignora cara ſinu.
Illa ſed infracto contrabellatur amore,
Opponitq; truci pectus inerme neci.
Barbarus infeſto coſtas mucrone terebat,
Perq; tua matris viſcera, nate peris.
Corpora bina vnum potuit pertundere ferrum,
Morſq; eodem rapuit vulnere ſæua duos.
Heroum facinus rabidus patrarat Apella,
Flagitet vnde ſuum præmia lauta ducem.
Iam labat aßiduo conuulſus ab ariete murus,
Nudantur pauidis mœnia parua viris.
Iam rabies fera corda acuit, iam fulgurat enſis,
Ebriaq; è Stygio flumine tela furunt.
Agmina rara virûm tetro ſtridunt vlulatu,
Nec bellare pares, nec ſua damna pati.
Femineæ horreſcunt acies, dux femina belli:
Vincere, vel victas vnica cura mori.
Iamq; nouem menſes, iam dira pericula partus
Et rediuiua ſuo flumina lacte mouent.
His graſſatur amor telis, his vincere tentat,
Et quæcunque poteſt feruidus arma mouet.
Dum ſoboli mortem violentus latro minatur,
Sæuior armato femina læſa viro.
Sed fruſtra æratis mulier concurrere turmis
Audet, & infeſtâ cuſpide victa cadit.
Vndique funeſti cumulantur ſtragis acerui,
Sanguineoq; fremunt compita operta mari.
Nullæ

Nulla deeſt facies, non vlla furoris imago,
Tartareum noſtro regnat in orbe chaos.
Victorio cantans puerorum ſanguine potus,
Figit Idumæo grata trophæa duci.
Quid iuuat innocuo lauiſſe in ſanguine Bethlem?
Dedere quem morti quæritis, ille fugit.

ELEGIA XIX.

Mariã rogat vt ſibi adſit vltimâ mortis horâ.

TVnc vbi feralis miſerum me lectus habebit,
Vltima cùm fugiet ſolis & vmbra mihi;
Cùm furians telum crudeli cote acuet mors,
Hauriat vt pectus cuſpis acerba meum;
Et ferus exſuccos morbus populabitur artus,
Exſanguemq́ue vret ſemiputremq́ue cutem;
Dum facies mœſtùm gelido ſudore liqueſcens,
Lethæo implebit flumine vtraſque genas;
Cùm viduata ſuo liuentia labra corallo
Funereo pinget rapta fauilla rogo;
Horrendùm dentes quando ſtridore fremiſcent,
Et lacrymis murmur triſtius ore dabunt;
Solq́ue meus nebulis oculus nocteſcet amaris,
Iamq́ue aderit tenebris mors adoperta caput;
Tu mihi tum Virgo cæleſti lumine cincta
O propior mœſti fulcra tuere tori,
Et mortem increpita, ne noſtro fortè tyrannus
Longiùs inſultans gaudeat interitu.
Mollia dic iaciat non vllo tincta veneno
Spicula, Neſſeâ non ſaturata lue.

Hor-

Digitized by Google

Mopſulus ad matris nectebat brachia collum,
Pinguiculis vrgens vbera nota labris:
Irruit huc miles fruſtra latrante Lyciſca,
Eruat vt matris pignora cara ſinu.
Illa ſed infracto contrabellatur amore,
Opponitq́; truci pectus inerme neci.
Barbarus infeſto coſtas mucrone terebat,
Perq́; tua matris viſcera, nate peris.
Corpora bina vnum potuit pertundere ferrum,
Morſq́; eodem rapuit vulnere ſæua duos.
Heroum facinus rabidus patrarat Apella,
Flagitet vnde ſuum præmia lauta ducem.
Iam labat aſsiduo conuulſus ab ariete murus,
Nudantur pauidis mœnia parua viris.
Iam rabies fera corda acuit, iam fulgurat enſis,
Ebriaq́; è Stygio flumine tela furunt.
Agmina rara virûm tetro ſtridunt vlulatu,
Nec bellare pares, nec ſua damna pati.
Femineæ horreſcunt acies, dux femina belli:
Vincere, vel victas vnica cura mori.
Iamq́; nouem menſes, iam dira pericula partus
Et rediuiua ſuo flumina lacte mouent.
His graſſatur amor telis, his vincere tentat,
Et quæcunque poteſt feruidus arma mouet.
Dum ſoboli mortem violentus latro minatur,
Sæuior armato femina læſa viro.
Sed fruſtra æratis mulier concurrere turmis
Audet, & infeſtâ cuſpide victa cadit.
Vndique funeſti cumulantur ſtragis acerui,
Sanguineoq́; fremunt compita operta mari.

Nulla

Digitized by Google

Nulla deeſt facies, non vlla furoris imago,
Tartareum noſtro regnat in orbe chaos.
Victorio cantans puerorum ſanguine potus,
Figit Idumæo grata trophæa duci.
Quid iuuat innocuo lauiſſe in ſanguine Bethlem?
Dedere quem morti quæritis, ille fugit.

ELEGIA XIX.

Mariã rogat vt ſibi adſit vltimâ mortis horâ.

TVnc vbi feralis miſerum me lectus habebit,
Vltima cùm fugiet ſolis & vmbra mihi;
Cùm furians telum crudeli cote acuet mors,
Hauriat vt pectus cuſpis acerba meum;
Et ferus exſuccos morbus populabitur artus,
Exſanguemq́ vret ſemiputremq́ cutem;
Dum facies mœſtùm gelido ſudore liqueſcens,
Lethæo implebit flumine vtraſque genas;
Cùm viduata ſuo liuentia labra corallo
Funereo pinget rapta fauilla rogo;
Horrendùm dentes quando ſtridore fremiſcent,
Et lacrymis murmur triſtius ore dabunt;
Solq́ meus nebulis oculus nocteſcet amaris,
Iamq́ aderit tenebris mors adoperta caput;
Tu mihi tum Virgo cæleſti lumine cincta
O propior mœſti fulcra tuere tori,
Et mortem increpita, ne noſtro fortè tyrannus
Longiùs inſultans gaudeat interitu.
Mollia dic iaciat non vllo tincta veneno
Spicula, Neſſeâ non ſaturata lue.

Hor-

Textilibus ſtipo calathis violaſq́ue roſaſq́ue,
Quas impolluto meſſuit vngue manus.
Currere pes gaudet, manus ardet inungere Nympha,
Floribus & tumulum ſpargere cinnameis.
Ver corpus teget omne. illos paradiſus honores
Non habuit, tellus dum noua virgo foret.
Egredior tectis. pedibus talaria nectit,
Atque ſuas alas dat mihi caſtus amor.
Virginis ad tumulum ſtabam, niueumq́ue recludens
Marmor, rupigenæ marmoris inſtar eram.
Heu! mea Nympha aberat, neque paſſa eſt mortua noſtro
Officio exuuias obſequioq́ue coli.
Tum propè pœnituit culpaſſe illius amores,
Quæ tumulum extincto præbuit ipſa viro.

ELEGIA XVIII.

Infanticidium.

QVæ fuit illa dies, quàm tetro paſta veneno
Cui venus atrato ſyrmate amicta præit,
Cui croceos renuit Aurora effundere crines,
Squalida triſtitiæ nubibus ora tegens!
Illæſo nequijt quam ſol adducere curru:
Aurea nam primo limine fracta rota eſt.
Feruidus immani Phœbus candeſcit ab irâ,
Atque deos omnes deierat atque deas.
Tum claudus Vulcanus erat, tum crure dolebat,
Vix Steropem è lecto ſuſcitat igniuomo.
Ille rotæ vulnus generoſo inuoluit in auro,
Plaga cicatricem donec adulta ferat.

Horruit

Horruit infamem Phœbus conſcendere currum,
Atque Thyeſtæas mallet adire dapes:
Torpeſcitq; Phlegon, Pyrois, Eous & Aethon
Gemmifero ſubter procubuere iugo.
Dumq; parat reditum, dum frena vndantia ſtringit,
Orbitâ ab aſſuetâ dum reuocantur equi,
Miles adeſt, miles, duce qui Buſiride dignus
Humano violet ſanguine templa Deûm:
Quiq; adytum Solymæ cunctis venerabile terris
Pontificum vinclis deſecret atque nece.
Ille manu librat balearis ponderà fundæ,
Præpete huic pennâ tortilis haſta volat.
Quadrupedumq; ferox mœſtos quatit vngula cāpos:
Et pede lactentes ira molit ſegetes.
Quaquâ iter eſt, campi latè vaſtantur & agri,
Horriſonoq; caret funere nulla domus.
Si qua parens natum fidis animoſa latebris
Abdiderit, fracto prima ruit iugulo.
Inde ſubit tacitis latro truculentior antris,
Rimatur ferro, quærit & igne viam,
Atque tenella ferox allidit corpora terræ,
Spargitur in durum ſacra medulla ſolum.
Eſt pede qui teneros apprehendens ventilet vno
Parietis vt durus conterat oſſa lapis.
Diuulſi hac illâ iactantur parte lacerti,
Cruraque pedeſq; aliò dilaniata volant.
Lacteolumq; rotatur humi caput, & vaga luget
Buſta pijs genitrix ſanguinolenta genis.
Iam trepidis ductor portis admouerat agmen,
Silueſtriq; videt valle latere caſam.

Mopſulus

Mopſulus ad matris nectebat brachia collum,
Pinguiculis vrgens vbera nota labris:
Irruit huc miles fruſtra latrante Lyciſca,
Eruat vt matris pignora cara ſinu.
Illa ſed infracto contrabellatur amore,
Opponitq́; truci pectus inerme neci.
Barbarus infeſto coſtas mucrone terebat,
Perq́; tua matris viſcera, nate peris.
Corpora bina vnum potuit pertundere ferrum,
Morſq́; eodem rapuit vulnere ſæua duos.
Heroum facinus rabidus patrarat Apella,
Flagitet vnde ſuum præmia lauta ducem.
Iam labat aſſiduo conuulſus ab ariete murus,
Nudantur pauidis mœnia parua viris.
Iam rabies fera corda acuit, iam fulgurat enſis,
Ebriaq́; è Stygio flumine tela furunt.
Agmina rara virûm tetro ſtridunt vlulatu,
Nec bellare pares, nec ſua damna pati.
Feminea horreſcunt acies, dux femina belli:
Vincere, vel victas vnica cura mori.
Iamq́; nouem menſes, iam dira pericula partus
Et rediuiua ſuo flumina lacte mouent.
His graſſatur amor telis, his vincere tentat,
Et quacunque poteſt feruidus arma mouet.
Dum ſoboli mortem violentus latro minatur,
Sæuior armato femina læſa viro.
Sed fruſtra æratis mulier concurrere turmis
Audet, & infeſtâ cuſpide victa cadit.
Vndique funeſti cumulantur ſtragis acerui,
Sanguineoq́; fremunt compita operta mari.

Nulla

Nulla deeſt facies, non vlla furoris imago,
Tartareum noſtro regnat in orbe chaos.
Victorio cantans puerorum ſanguine potus,
Figit Idumæo grata trophæa duci.
Quid iuuat innocuo lauiſſe in ſanguine Bethlem?
Dedere quem morti quæritis, ille fugit.

ELEGIA XIX.

Mariā rogat vt ſibi adſit vltimâ mortis horâ.

TVnc vbi feralis miſerum me lectus habebit,
Vltima cùm fugiet ſolis & vmbra mihi;
Cùm furians telum crudeli cote acuet mors,
Hauriat vt pectus cuſpis acerba meum;
Et ferus exſuccos morbus populabitur artus,
Exſanguemq́ vret ſemiputremq́ cutem;
Dum facies mœſtùm gelido ſudore liqueſcens,
Lethæo implebit flumine vtraſque genas;
Cùm viduata ſuo liuentia labra corallo
Funereo pinget rapta fauilla rogo;
Horrendùm dentes quando ſtridore fremiſcent,
Et lacrymis murmur triſtius ore dabunt;
Solq́ meus nebulis oculus nocteſcet amaris,
Iamq́ aderit tenebris mors adoperta caput;
Tu mihi tum Virgo cæleſti lumine cincta
O propior mœſti fulcra tuere tori,
Et mortem increpita, ne noſtro fortè tyrannus
Longiùs inſultans gaudeat interitu.
Mollia dic iaciat non vllo tincta veneno
Spicula, Neſſeâ non ſaturata lue.

Hor-

Horrendum, infandũ, immane, inſuperabile mõſtrũ,
Tartareum pedibus contere Leuiathan.
Et piceo cogas Ditis ſe mergere cœno,
Ne premat innocuum bellua dira latus.
In gremium, inq́ ſinum merget ſe præpete pennâ;
Miluorum inſidias ægra timens anima.
Hîc caſtra, hîc acies certa, hîc victoria regnat:
Magnanimum cælis, io triumphe! canam.
Illæſo quiſquis Mariæ deuinctus amore eſt;
Occupet intrepidus ſidera; tuta via eſt.

ELEGIA XX.

Abſentem quærit.

NYmpha abijt ſecumq́ meos abduxit amores:
Atque vnà Charites, vnà abiere ioci,
Et lepor, & veneris vernacula turba pudicæ,
Riſus, & Hyblæis gaudia cincta roſis.
Me ferrugineus dolor obſidet, & mihi lentè
Ilia mœroris tetra rubigo comeſt.
Larua mera, & ſceletus, Pharijs aptiſſima menſis
Oſſa errant tenui circumamicta cute.
Non macie morbus, non febris frigore vincat;
Morſq́ magis vegeto picta colore rubet.
Nixq́ manus ipſa eſt, nix eſt ipſiſſima vultus;
Cuncta hiemant triſti torrida membra gelu.
Non ita dum canis errat Capricornus in agris:
Ambulat & gelidæ marmora Ianus aquæ.
Pigra negant glebas perfringere plauſtra Bootæ,
Atque ſuam metuunt ſidera mœſta famem.
Hiſpida

Digitized by Google

Hiſpida quā mihi mens glacie riget, & negat horrida
Alterius flammis igne calere nouo.
Si totum patrijs pondus profuderis in me
Nata tibi patrijs tela, Cupido, focis,
Atque faces tedasq́; omnes; Paphos atque Cytheræ
Calua ſtet, attonſis Idaliumq́; comis.
Et glacies, & marmor ero; ferrumq́;, chalybſq́;,
Frigidior brumâ, torpidiorq́; hieme.
Mulciber ignitis iritet follibus Aetnam,
Et cogat flammas eiaculare ſuas,
Trinacriam ſuperet, terras pelaguſq́; pererret,
Igne ſuo cælos terreat, igne deos.
Laſſus & Enceladus latus hinc, latus inde volutet,
Intimaq́; & mentis viſcera concutiat.
Me totum iratæ quamuis immerſeris Aetnæ,
Frigus ero Arctoum, Sarmaticumq́; gelu.
Non rogus Oetæus congeſtis vndique ſiluis,
Herculeo maior feruidiorq́; rogo,
Vel tenuem noſtris ſcintillam accendere fibris,
Vel ſummam potis eſt ſtringere ab igne cutem.
Dum meus ignis abeſt, fruſtra tua dona Prometheu,
Quæq́; ferunt miris furta luiſſe modis.
Heu vbi Nympha lates? quæ cæca cubilia celant,
Teq́; modò eripiunt, ô mea vita, mihi?
Dic vbi Nympha lates? contemnā Gorgonis angues,
Flammanteſq́; tuos, ſi qua Chimæra, globos.
Heſperidumq́; draco virus ſi colligat omne,
Inq́; meam exoneret liuida colla necem.
Ibo tamen, Nymphamq́; petam. Funeſta ſatelles
Non mouet Aeæta, viuaq́; flamma bouis.

Digitized by Google

Sus Erymanthæis erret ſæuiſſima ſiluis,
 Et Nemeæ rabies deſerat aſtra leo.
Quaq́ cedro replent medicatos nomina libros,
 Perſephones faſtis nomina digna legi.
Tergeminus Geryon, viuax Antæus, & ipſa
 Marcida de Stygiis fœda tyrannis aquis,
Occurrant fruſtra, fruſtraq́ repagula figant:
 Ibo per inſanum ſanguinis Oceanum.
Prô vbi Nympha lates? ſi quid malè prouida dixit
 Lingua tibi, linguam funditus eruito.
Si patrare oculi crimen potuere procaces,
 Cum neruis oculos exime, cum cerebro.
Si manus eſt meditata nefas, ſi dextera nequam
 Oblita eſt leges, & tua ſcita, pudor;
In Phlegethontæis candeſcat lamina flammis,
 Quando ſuos æſtus horret & ipſe Phlegon.
Illa cutem exurat, carnem populetur & oſſa,
 Atque truci feruens igne medulla fluat.
Suppliciis ne pone modum: graſſetur in imis
 Flamma fibris, Stygio ferueat igne iecur.
Te modò conſpiciam, & roſeos contempler ocellos,
 Flamma mihi placidi roris adinſtar erit.
Tu mea diſpenſas fatalia ſtamina, Virgo,
 Et mea ducuntur pollice fila tuo.
Supplicijs ne pone modum, vitaq́ neciſq́
 Arbitra, te penes eſt funeris vrna mei.
Nympha redi: aut mea te quæret per teſqua, per aſtra
 Mens animi, corpus vile cadauer erit.

ELE-

ELEGIA XXI.

Virginem B. Ignatij Loiolæ conuerſionem acu depingentem inuiſit, ab eaque ad ſectandum Ignatium inuitatur.

Terna mihi Parcæ voluebant pollice luſtra,
Iamq; colus ſolida concutienda manu;
Littera Pythagoræ biſido celeberrima ramo
Anxia diuerſum quando aperibat iter;
Iactabar dubius nunc huc, nunc pronior illuc,
Quale oſcilla leues dant agitata iocos.
Sic vbi fluctiſonis bellatur miles in armis
Hippptadæ aduerſâ prælia fronte gerens,
Neſcit nauta cui, cui nauis obediat vndæ,
Nulla iuuare poteſt anchora iacta ratem.
Dum dubius rapior, partes dum vexor in omnes,
Hippolytiq; vagis mens agitatur equis;
Vt ſubmoroſæ aduentare crepuſcula noctis;
Ad roſeum Matris me iuuat ire torum.
Egredior ſponſamq; auidus, dominamq; requiro,
Quæ mi Ariadnæo ſtamine pandat iter.
Inuenio doctâ meditantem emblemata byſſo,
Aureâ quæ nequeat pingere Pallas acu.
Ardebat rutilis flagrans Loiola ſub armis,
Gallicaq; arcebat mœnibus arma ſuis.
Sublicium qualis pontem complexus Horatî,
Tota acies vnus caſtraq; miles eras.
Sic patriæ vallum ſtat, ferrea fulmina ſpernens,
Quæ vomit Aetnæis machina fœta globis:

O Dum

Digitized by Google

Dum maiora Deo placuit diſponere fata,
  Militiaq́; ſacra deſtinat eſſe caput.
Bombycis niueo dein vellere conopæum
  Scripſerat artifici docta Maria manu.
Hîc iacet, & lecta oſſa videt, ridetq́; dolorem,
  Nec medicas ſerras barbaraq́; arma timet.
Emicat è cælo lux aurea: fœda pruina
  Diffugit, ad ſuperos caſtus anhelat amor:
Et Veneris puer alatis fugit ocyùs Euris
  In matris gremium mergitur, inq́; ſinum.
Infeſtis metuit caput obiectare periclis,
  Horrida in hoſtili viderat arma toro.
Tum Pluti rabioſa ſitis torpeſcit habendi,
  Seq́; regi patitur irrequietus hydrops:
Aurea regna Tagi, Pactoliq́; aurea regna
  Veliuolæ cernit ludibrium dominæ.
Fumoſa ambitio, lauro quæ paſcit amarâ
  Semper ieiunas omniuolaſq́; animas,
Quæ fuerat ſoror antè, & collactanea quondam,
  Quodq́; ſuo iactat Iuno fuiſſe Ioui,
Horrendùm infrẽdens Stygias commigrat ad vndas,
  Purpureas piceo tingit in amne togas.
Vnica pauperies, & grata pediſſequa matri
  Et IESV nutrix officioſa placet.
Exuperans celſi Serrata cacumina montis
  Excutit ex humeris vile Cratetis onus.
Iam video Solymas populi feruere tumultu,
  Lunatoſq́; duces circumequitare domos:
Voce ſuâ ſtrepitatq́; loquax & garrula byſſus,
  Exanimumq́; nihil viuida fingit acus.

Hîc

Hic Loiola mei pœnas comitatur IESV,
Tota eî ſanguineis eſt via ſtrata roſis:
Seu quà Gethſemani Cedron deducit ad hortos,
Seu qua Annæ & Caiphæ ſtat ſcelerata domus:
Et videt inſani prætoria dura Pilati:
Quæ fuit Herodis mimica ſcena, videt.
Portaq́ue Caluariæ pandit maleſauſta theatrum,
Quale Thyæſteæ non meruere dapes.
Virgine de ſaxo ſpectat venerabile buſtum,
Fixaq́ue non vno ſacra trophæa loco.
Quid video? immitis nodoſo ſtipite miles
Imminet, ac tenerum tundit vtrumque latus.
Sic decuit ſignare tui veſtigia Chriſti
Loiola, & madidas ſanguinis ire vias.
Non hæc meta tibi, non ſumma eſt creta malorum,
Vincula ſed patrijs ſunt fabricata focis.
Ipſa truces cudit malè cauta Hiſpania boias;
Et Salamanca tibi turbida carcer erit.
Hæc ibi perlegi ſpiranti animata colore,
Quæ Mariæ inſolitâ ſcripſerat arte manus.
Cætera defectis nequij ſupplere lacunis
(Namque hic Dædaleam Virgo reliquit acum)
Diſcere plura auidus, tum dicere plura parabam:
Sperabam ſolidâ me pote nocte frui.
Illa ſed arriſu blando ſolata clientem,
Tutus, ait, votis hic tibi portus erit.
Loiolam pete ſollicitus, ſæuaſq́ue procellas
Sperne, ſub hac ſtabit rupe animoſa ratis.
Tertius in roſeis tibi cùm ſenarius annis
Floruerit, vernus pinget & ora color;

Arma mihi, arma meo deuota accingere IESV*,*
Tartareaſq; acies ſterne, Stygemq́; doma.
Pulueris expertem non carpet dextera palmam,
Sanguine te cinget picta corona tuo.
Quaq; minùs metues ſinuoſa pericula fraudis,
Tela Syracoſii perpetiere ſenis.
Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito:
Ipſa adero.

ELEGIA XXII.

Ioannis Auſtriaci victoriam Actiacam ope Virginis partam canit.

MOrbifer autumnus, pomis redimitus & vuis,
Nubilaq́; & triſtes ore vomebat aquas,
Inq́; iugo Libræ ſteterat rota feruida ſolis,
Et ſemiſſe pares carpſerat hora dies.
Necdum Aurora ſuo crines nodarat in auro,
Culta nec ad ſpeculum candida forma deæ:
Sanguineus Mauors rutilis feruebat in armis,
Letifera quatiens tela cruenta manu.
Aeratumq́; acuens Neptuni cura tridentem,
Cærula in Actiacis frena lauabat aquis.
Sternitur aduerſis ſubitò cùm claßibus æquor,
Et mare veliuolum pinea ſilua tegit.
Liuentes Nereus humeros gemit, & malè dorſo
Tot validas vrbes ſuſtinet & populos.
Gens Otomanigenûm, ſcopulis & ſyrtibus orta,
Exciſa è Geticis pectora marmoribus,

Exultat

Exultat bimari tandem eluctata Corintho,
Aeole læta tuas non valuiſſe minas.
Ingrediturq́; ferox, tonſiſq́; frementibus vrget
Importuna negans verbera ferre ſalum.
Obuius Heſperijs miles properabat ab oris,
Quem ſacro adoptarat fœdere Roma potens.
Martia corda virûm, vitam pro laude paciſci
Vna ſalus: vitæ prodiga turba ruit.
Hos agit Auſtriacus, Regum genus, inclyta virtus,
Victoremq́; hilari præſcius ore gerit.
Ille iubet Chriſtiq́; mei Mariæq́; tropæum
Fulgere ſigna ſuæ præſidiumq́; rati.
Perge Deûm cura, & celeri pete remige palmam,
Inuigilant rebus aſtra ſecunda tuis.
Cornua rauca canant, accendant claſſica Martem,
Deficiat pauido territa luna metu.
Spicula Partha micant, Hiſpanaq́; tela coruſcant,
Et tonat ignitis machina ahena globis.
Eripuere diem tetrâ caligine nubes,
Et glomerat denſas plumbea grando neces.
Tum laceris volat huc illuc victoria pennis,
Et cui ſe credat anxia quærit iter.
It clamor cælo, gemitus fremituſq́; cadentum
Ipſa procelloſo perculit aſtra metu.
Trunca virûm rapido voluuntur corpora fluctu,
Semineceſq́; alios vnda cruenta rapit.
Hic ſtudet hauſturis emergere gurgitis vndis,
Ferreaq́; incuſans numina ſorbet aquas.
Ille fugit chalybemq́; trucem flammaſq́; volantes,
Inq́; mari leti eſt pallida ſtrata via.

Digitized by Google

Perq; ſuum fortuna volat temeraria regnum,
Sanguineq; humano ſors temulenta furit.
Cùm Maria aſtriferis delapſa à ſedibus, adſtat
Auſtriaci ſocios voce manuq; monens.
Te penes eſt, inquit, liquidis victoria campis,
Hunc minio & cocco faſtibus adde diem.
Iamq; tuo capiti naualis plexa corona eſt,
Innubi & cyano cærula texta chlamys.
Dixerat & Lunæ radios Soliſq; retundens
Luce ſuâ, nebularum explicat omne chaos.
Sanguineâ Heſperius dum ductor fulminat haſtâ,
Virtutiſq; ardet præmia ferre ſua:
Transfugit Oceanus Turcis famulatus iniquis,
Aeolus Auſtriaci vertit & arma Ducis.
Militat & pontus, nobis & militat æther,
Nec natura ſuæ fræna retractat heræ.
Nox Otomanigenas furuis amplectitur vlnis,
Nec ſinit Auſtriacas tela ferire rates.
At formoſa dies roſeo depicta colore,
Auſtriaco arridens laurea ſerta parat.
Quâq; tonare plagâ, quo vulnere ſternere naues,
Quaq; latus nudet barbara turba, docet.
Ipſa præit Virgo, non Gorgone cincta Meduſa,
Sed iaculans radios ignea tela ſuos.
Hos contra non ſtare oculi potuêre, animiq;,
Quamq; fugâ quærunt, fugerat antè ſalus.
Victor Io reſonat, Mariæ ſolennia pangens
Verba, perennanti dona adamante vouet.
Sic mihi tu Virgo roſeis allabere pennis,
Si qua flagrent terrâ prælia, ſi qua mari.

ELE-

Digitized by Google

ELEGIA XXIII.

D. Mariæ Virgini Aſpricolli.

Collis iners, aſperq; iugo torpebat acuto,
Qua propè ſemianimes Demera voluit aquas.
Liber & alma Ceres, fugiebat inhoſpita tecta,
Non Dryadum quercus creuerat apta domus.
Repebant tremulo per humum virgulta pauore,
Ad Boreæ primas interitura minas.
Dum tamen excelſos cæli circumambulat orbes
Nympha mea, & ſedes luſtrat amica ſuas,
Quæq; Arabum caſto ſudent altaria fumo,
Queis Triuiæ cedant templa ſuperba deæ;
Sichemium flexit oculos: damnataq; flammis
Virgulta hoſpitium deligit ipſa ſuum.
Hîc, ait, hîc olim domus & ſublimia creſcent
Delubra innumeris prodigioſa modis.
Auſtriacum genus, & noſtri ſanctiſſima cura,
Illius Albertus ſtrenuus auctor erit.
Sic ait, & ſacram ſibi quercum dedicat vnam,
Vna erat, & propè iam mortua quercus erat.
Sed rediuiua modò Heſperiam peruadit vtramque:
Aethiopaſq; ferax numinis arbor adit.
Fruſtula parua ſibi Regum decerpere faſtus
Gaudet, & in vultus ligna animare Deæ.
Sic Maria imperium ac regnum complectitur omne;
Et medicam toto porrigit orbe manum.
Aſt propriam Sichemi ſedem fidamq; locauit,
Quæq; ſupra reliquas efferat vna caput.

Digitized by Google

O nimium nimiumq; potens regina Deorum,
Obſequitur frenis terra poluſq; tuis.
Hîc ſterilis nuper collis, ſaltuſq; malignus,
Mitibus effundit germina culta iugis.
Hîc Panacæa viret, cuius medicina dolori,
Dictamnumq; fibris vellere tela potens.
Phœbigena, & Phœbus gaudent ſubmittere faſces,
Pharmaca vbi facili dat mea Virgo manu.
Illa catenatæ diſſoluit vincula linguæ,
Flexanimæ mutus vincat vt ora Deæ.
Illa facit, ſurdus vocum vt commercia norit,
Atque ſibi gratos combibat aure ſonos.
Sopitaſq; faces oculorum ſuſcitat illa,
Nocte ſuâ cæcus iam caret & tenebris.
In mortis regnum dominam gerit illa deamq;.
Et Stygio prædas eripit illa deo.
Ponere cuncta ſuo nitar miracula vultu,
Ilias hæc eſſet longior Iliade.
Hîc erat Elyſium, nuper violaria cæli
Hîc mihi ſpirabant, deliciaſq; dabant.
Præſentem licuit quando mihi viſere Diuam
Inq; ſinu Dominæ condere vota meæ.
Non ita nectareum mel felix ſudat Hymettus,
Quando thymos inter dulce ſuſurrat apis;
Vt ſilua hæc quondam vecordibus obſita dumis,
Sed modò melliflui nectaris imbre madens.
O mihi ſi liceat Diuos placare ſiniſtros,
Meq; ſinant tutâ ſidera pace frui:
Non ego defunctæ properabo viſere Romæ
Funus, & egeſtum vile cadauer humo.

Siche-

Digitized by Google

Sichemium molibor iter, Nymphæq; pudicæ
Perdius & pernox ſollicitabo fores.
Quæ modò Nympha meam circumfert vnda carinã,
Vtq; gemit decumo vortice quaſſa ratis,
Excelſo de colle vides, ne neglige ventos
Comprimere, vt placidâ ſtet mihi fronte ſalum.

ELEGIA XXIV.

Infantiam pueruli IESV in tabula pictam contemplatur.

NVper Virginei dum luſtro altaria fani,
Blandè oculos tenuit viua tabella meos.
Hortus erat Charitumq; domus, Floræq; voluptas,
Elyſium poſſet qui ſuperare nemus.
In medium herboſo ſurgebat ceſpite cliuus,
Quem vario ardebat pingere flore venus.
Hic auguſta meæ dominatur gloria Nymphæ,
Ardua florenti vertice Diua ſedet:
Inq; ſinu puer, ille puer, puer aureus ille
Blanditiaſq; matri mille iocoſq; facit.
Vbera dum prenſat manibus, dum blandus inhæret,
Indicat & iuris ſolius eſſe ſui,
Et labra dum labris iungit, frontiq; geniſq;,
Oſq; ſuum matris ſculpſit in ore ſuæ,
Cinnameamq; comam digitis dum pectit eburnis,
Et labyrintheo ſedulus orbe rotat;
Aureis vt mater, gemmeis vt ridet ocellis,
Aurum oculus purum, lucida gemma oculus.

Tum pomum oſtentat, pomum ridebat & ipſum,
Tum de pampineâ penſile vite merum.
Proxima palma hilares diffundit prodiga ramos,
Admonet & fructus carpere læta ſuos.
Hinc tremulâ legit illa manu, mera ſacchara IESV,
Paruulus exultans munera amica rapit.
Interea emergens ſiluis luſtriſq; ferarum,
Mel cui ſilueſtre eſt atque locuſta cibus.
Adrepit tandem hirſuto veſtitus amictu,
Deliciaſq; ſuas baſia nota petit,
Et niueos iacet ante pedes, blandiſq; labellis
Mulcet, & hinc nectar ſugit & ambroſiam.
Erigere ô vates, ô magni præco Tonantis:
Iudææ quondam terror & orbis eris.
Herodis rabidas flammas moderabere amoris,
Vna tamen pellex, demetet vna caput.
Inceſtis mulier quando furit icta ſagittis,
Non opus eſt diris, non opus eſt furijs.
Ipſa ſolum cælumq; mouet, rabidumq; Acherontem,
Et ſuperat Stygijs edita monſtra plagis.
Vt fidum ante pedes IESVS *conſpexit Achaten,*
Annuit & luſus excijt atque iocos.
Luditur: aſt cæco fallit pictura receſſu,
Cæteraq; arcano ſunt cooperta peplo.

ELEGIA XXV.

Paſtores vt Virginem mox à partu inuiſerint.

INclyta ſe quantum iactauit gloria Nymphæ,
Cùm puer immundo vagijt in ſtabulo!

O

O honor! ô Deus ipſe! Dei Mariæq; propago!
Eſt pater ille tuus, mater & iſta tua eſt?
Vix egreſſus erat caſtum penetrale parentis,
Lactea vix pannis membra reuincta ſuis:
Sidera ſollicito ſudant operoſa tumultu,
Sedibus & vellent exſiliiſſe ſuis;
Vt Domini ad cunas famulum exercere laborem,
Vtq́; aliquo poſſent fungier obſequio.
Aligerumq́; cohors, prætoria turba Tonantis,
Pendula in auratâ nube coruſca micat.
Orpheaq́; & doctum vincunt Amphiona cantu,
Stabant attonitis flumina vorticibus;
Nutabant dubiæ frondoſo vertice ſiluæ,
Iam facunda ſuâ ſede migrabat auis.
Prima tamen Superûm, Paſtores, cura fuere,
Quos vigil exercet nocte dieq́; labos.
Labitur è cælo rutilis caducifer alis,
Dextera perpetuæ ſymbola pacis habet.
Attonitoſq; iubet mentis ſedare tumultus,
Combibere & totis gaudia pectoribus.
Bethlemico in ſtabulo Regem vagire Deumq́;,
Qui gerat inuictâ ſceptra timenda manu,
Sternat vt Abramidûm pedibuſq; perambulet hoſtē,
Soluat & indigno colla ſubacta iugo.
Ilicet exſiliunt, properant ſua munera Regi,
Ruſtica quæ potis eſt ſuppeditare penus.
Arripit hic calathum, niueo qui vimine textus
Chloridis herboſæ depopularat opes.
Sed rogat hunc alter ſocios coniungere greſſus,
Vt releuent noctis mutua verba metum.

Cruda

Cruda ſeni viridiſq; inerat, nec auara ſenectus,
Multa olli volucrum turba coëmpta domi.
Huic cauea ex humeris vallo dependat acerno,
Melliſluumq́; melos garrula cantat anus.
Χαῖρε *nouum blæſo decantat pſittacus ore,*
Χαῖρε *nouum reddens æmula pica ſonat.*
Hîc gerit autumni curuato vertice gazas,
Alterniſq; ſedet flaua Ceres humeris.
Lactenteſq; ferunt vitulos, teneraſq; capellas,
Verueceſq; grauis quos bene farcit adeps.
Vt venêre, loci radioſq; hauſêre coruſcos,
Implentur toto ruſtica corda Deo.
Fiſtula ſuauiloquis reſonat compacta cicutis,
Pindaricum ſterilis vincit auena melos.
Vtre ſuo carmen quis neſcio Mopſus anhelat,
Melpomenes cedat tibia victa loco.
Tibia nec deerat, quâ non crinitus Apollo
Blandiùs inflato pectore carmen hiet.
Altera pars choreas varium modulatur in orbem,
Et circum cunas paſtor anuſq; ſalit.
Tum genibus nixi depromunt ruſtica dona,
Et pueri plantis oſcula læta ferunt.
Vota preceſq; iterant; Da fortunare penates,
Fundatamq́; nouâ creſcere prole domum.
Ne lupus in noſtrum ruat inſidiator ouile,
Nec rodat ſcabies pernicioſa gregem.
Annuit, & placido ſubſcripſit murmure votis,

. . . .

ELE-

Digitized by Google

ELEGIA XXVI.

Adſtantem cruci Matrem deſcribit.

QVid trepidas calame, & toties diludia poſcis?
Hæc quoq; ſepta animo ſunt penetrāda tuo.
Pallida deſcribat & lugens nenia matrem,
Dum nati infamem conſtitit ante crucem.
Mœſta cadauereo pallebant ora colore,
Liuida pingebat mortis imago labra,
Exanimes oculi lacrymarum rore madentes,
Nubila frons, fluxum & triſte ſupercilium.
Molliter in læuam vergebat languida ceruix,
Flens quoque: non ficti ſigna doloris erant.
Non laceri vacuum ſparguntur in aëra crines,
Non frons aßiduis planctibus icta ſonat:
Sanguineo ſulcos riuo non effodit vnguis,
Non arat infeſto vomere dextra genas:
Non colliſa manus, non brachia iacta per auras
Turpia feminei ſigna doloris habent:
Non iuuat inſontes rabidè diſcerpere veſtes,
Non laniat pectus ſanguinolenta manus,
Non onus exanimum famulantibus incubat vlnis,
Inq; ſinu alterius ſemiſepulta iacet.
At non mentiti gemitus, ſuſpiria vera
Erumpunt imis pectoris è latebris.
Vuiduliſq; oculis animi teſtata dolorem
Hæret in infami barbaricaq; cruce.
Hîc oculuſq;, animuſq; habitat, diuellere fruſtra
Fata inſtent. fatis fortior obſtat amor.

Cor-

Digitized by Google

Corpore quot IESVS *numerat, tot vulnera mater*
Mente habet. heu quantis obſita vulneribus!
Felle ſimul IESVS *ſaturatur, felle Maria,*
Quidquid amara dedit ſpongia, vtrique dedit.
Quin eadem, teloq; eodem mors abſtulit ambos?
Indignum facinus ſed metuêre poli.

ELEGIA XXVII.

B. Maria Chriſto.

CErta mihi de te vix tandem ſama recurrens,
Vicinum patrijs nuntiat eſſe focis.
Erigor, & nati amplexus ſitibunda requiro,
Vt ſitit illimes ceruus anhelus aquas.
Nec mora: feſtinis miſcens veſtigia plantis,
Aeripedem videor vincere poſſe Talum.
Sapè tamen cogor volucres infringere greſſus,
Conſulere ambiguæ marmora ſigna viæ.
Marmora ne fallant, vicina mapalia pulſo,
Ruſticus vt certo tramite ſignet iter.
Non inconſultus, tacitus non præterit vllus,
Viderit an IESVM *à prætereunte peto.*
Quóue loco degat, quibus aut verſetur in oris,
Quâue ſibi propriam fixerit vrbe domum.
Sollicitos nimiùm mihi ſannio ridet amores,
Audet & excuſſâ fingere nare iocos.
Eſt tamen interdum qui te vidiſſe fatetur,
Quæq; poteſt villæ culmina celſa notat.
Huc vbi deueni, rurſus fugitiuus abiſti,
In Nomadum incertis ſtat tua vita rotis.

Ergo

Ergo tot incaſſum luſtranti rura, tot vrbes
Macerat in ſalſis viſcera ſudor aquis.
Hoc etiam ſupereſt, fruſtra tot millia paſſus,
Eheu! iam tacito ſunt relegenda pede.
Cùm te, Nate, ſequor, nulla eſt via longa grauiſq́;,
Per plumas videor currere, perq́; roſas.
Aſt vbi ſic luſam ſpes indignatur inanis,
Vertitur in cautes pluma, vepreſq́; roſa.
I tamen, haud reuoco: nec, ſi reuocare liberet,
Hoc conſulta ſinant non temeranda Patris.
Non Iudæa tibi, non ſit tibi terminus orbis,
Finge alium, potis es, quò tuus erret amor.
Quid vetat abſentem ſoletur epiſtola matrem,
Quæ deſiderio languet anhela tuo?
Nòn ita perpetuæ quaterent præcordia curæ,
Non ederet laceras cæca rubigo fibras.
Mille mihi occurſant facies, laruæq́; malorum,
Excutitur placidus nocte dieq́; ſopor.
Nunc lupus infeſto laniat tua viſcera dente,
Sanguineo ſtillant hiſpida rore labra:
Nunc rabidos inter verſaris præda leones,
Vnguibus vt nequeas omnibus eſſe ſatis.
Sæpè immane draco rictus diducit hiantes,
Teq́; ſuum in barathrum deuoluiſſe cupit.
Hic omnes mortis terrâ circumambulat horas,
Dum vigili voluor irrequieta toro.
Infeſtos animos odiorum dira venena,
Inq́; tuam ferrum feruere cerno necem.
Tu tamen interea Iudææ rura pererrans,
Semina doctrinæ ſpargis opima tuæ.

Sed

[redacted]

Digitized by Google

Sed renuit juſtum tellus perſoluere fœnus,
Reddere prouentus arua maligna negant.
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ,
Et ferus inſanis ſentibus horret ager.
Hæc, mihi ſeu quatiant vanâ formidine pectus,
Seu fors vera nimis nuntiet augur amor:
Niliacis narret ripis prognata papyrus,
Et fuligineis littera picta notis.
Sæpè magis cruciat metus, atque incerta pericla,
Quàm mala quæ præceps ſuggerit antè metus.
Omnia ſcire iuuat, miſeros magis, omnia noſſe;
Certa minùs feriunt damna, minuſq; nocent.
Fortè etiam funeſta ſitis tua denigrat ora,
Ora, eheu! vetulo pumice ſicca magis,
Et mendicatâ velles Samaritidis vndâ
Proluere ardenti viſcera toſta ſiti.
Fortè etiam tua membra leues tenuātur in vmbras,
Dum ſtrigoſa cutem rodit & oſſa fames.
Texta tibi nuper candenti induſia lino,
Flore quibus vario ſedula luſit acus.
Sunt quoque molliculâ bis ſex ſudaria byſſo,
Quæ ſudore vdas tergere docta genas.
Omnia mœſta iacent, moroſaq; tædia deflent;
Inq; tuos vſus obſequioſa flagrant.
Dic vbi iam latites: veniet tam prompta ſupellex,
Seq; tibi famulam iure profeſſa dabit,
Et veniet mater. votorum hæc ſumma meorum,
Rurſus in amplexus poſſe venire tuos.

ANA-

Digitized by Google

ANACREONTÆI LVSVS.

I. Ad Iambum.

IAmbe, mi tenelle,
Venuſtule ô Iambe,
Quem blæſulo fritinnit
Anacreon ſuſurro!
Quàm promptus obſequenſq;
Olim mihi fuiſti,
Meum anteire nutum
Pede æſtuans volucri
Per floridos Hymetti
Saltus, thymumq; odorum,
Quâ garrulæ pererrant
Apes, domoſq; condunt,
Penumq; melle ſtipant:
Frondoſa perq; Tempe
Amica regna veris,
Et Chloridos cubile,
Quæ Peneus diſerto
Perambulat ſuſurro:
Perq; inſulas remotas,
Sed inſulas beatas,
Quâ blandiore cælo
Cereſq; ſponte creſcit,
Bacchuſq; ſponte creſcit,
Purumq; creſcit aurum.
Quàm ſæpè peruolaui

P Feſtiua

Digitized by Google

Feſtiua prata tecum,
Et roſcidas per herbas
Venuſtulo repleui
Manus ſinuſq; flore,
Queis Virgini corollam
Bellißimam corollam
Contexerem Mariæ.
Iam rurſus hanc opellam
Te flagito, ô Iambe.
Noli, proterue, noli
Recalcitrare votis.
Moroſe, quid renides?
Noſtræ hoc neges puellæ,
Sanctißimæ puellæ,
Cultißimæ puellæ?
Caue, caue negare:
Nimis puella bella eſt.

II. Columba.

TEnella quid columba,
Primâ albior pruinâ,
Niuiſq; flore primo;
Cui plumulæ ſerenum
Dorſi natant per æquor
Gemmâ politiores,
Pedeſq; concha tingit,
Coralliumq; roſtrum.
Tenella quid columba
Per hiſpidos vagaris
Dumos, vepreſq; ruris,

Et

Digitized by Google

Et ſaxeas ſalebras?
Redi, redi, columba,
Nox rore virulento
Vdas coruſcat alas,
Secumq́ʒ peſtilentes
Ducit maligna morbos.
Redi, redi columba,

III. Amor.

AMemus, iô! amemus,
Nouoſqʒ ſemper ignes
Struamus in medullis,
De ſuaueolente cedro,
Nardoqʒ cinnamoq́ʒ,
De balſamo tenellâ,
Quos nullus efferato
Turbo enecet furore.
Amemus, iô! amemus,
Hili nuciſqʒ caſſæ
Cuncta æſtimemus inſtar,
Quæ non litant amori
Lepidiſſimo Deorum.
Amemus, iô! amemus.
Queis pugnet Indus armis;
An peruicax Iberi
Neget ſubeſſe freno:
Quid Perſa moliatur,
Fugiente victor arcu:
Quas Otomannus atrox
Funeſtet igne gentes:

Digitized by Google

An Moſcuam Polonus,
Equis potens viriſq;
Exciderit ſubactam:
Quas Tartarus, Mogorq;
Secum rapit phalangas,
Gens ære ficta crudo,
Crudóve nata ferro:
Quos Aethiops per agros
Metatur, vt furenti
Occurrat acer hoſti,
Neſcire gloriamur.
Non tractat arma noſter
Cupido pacis Auctor.
Amemus, iô! amemus.
Quod Peruanus aurum,
Gemmaſq; mittat Eos,
Serumq; ſilua byſſum:
Vel quo gemunt labore
Aegyptiæ carinæ:
Vel quas anhela gazas
Crebriſq; hiulca remis
Latio inuehat ſuperbo
Portu ſoluta nauis.
Libyæ flagrantis æſtu:
Quis naufragus per vndas
Spem perfidam execretur,
Plebiq; mox marinæ
Gemit futurus eſca.
Quis ſtipet æra ciſtis,
Fuluiq; gaudet inter

Auri

Auri ambulare montes,
Amor vetat rogare.
Non flagitat procaces
Noſter Cupido gazas:
Sat diues eſt ſeipſo.
Quo rauca moliatur
Foro latrare rixa:
Quod iudicis tribunal
Sæuum reis minetur:
Conſultor an moleſtus
Manè arduo diſerti
Pulſet fores patroni,
Amor vetat rogare.
Fugit Cupido lites:
Inimica lis amori eſt.
Amemus, iô! amemus.
Hæc vnica eſt voluptas:
Hæc ipſa ſuauiorum
Medulla gaudiorum.
Amemus, iô! amemus.
Dum te frui Maria
Fas eſt, tuoq́; IESV,
Dum fas amare matrem,
Dum fas amare Gnatum,
Satis ſatis ſuperq́;
Mihi eſt beatitatis.

Digitized by Google

IV. Amor.

SVa quemlibet libido
Stimulo premit feroci:
Stolidum eſt recalcitrare;
Grauiùs ferit rebelles.
Iubet ire: quid moraris?
Leuior fit obſequenti.
Rutilam facem diei
Vehit, & flagrante curru
Radios Apollo ſpargit,
Animamq́; reddit orbi
Tenebris ſuis ſepulto.
Inimica luna furum,
Trepidæq́; amica nocti,
Iubar aureum coruſcans
Salebras docet latentes
Fugere, improbaſq́; lamnas.
Iuuat hoc obire munus:
Famulantur aſtra fatis,
Genius ſuus cuique;
Genius mihi eſt amare
Mariam meumq́; IESVM.
Philomela docta cantu
Homines mouet deoſq́;,
Moduloſq́; laſſa anhelans,
Sibi blandiens ſuperbit
Melos inter & ſuaue
Animam eliquat tenellam

Nimio

Digitized by Google

Nimio æſtuans labore.
Liquidam iuuat per æthram
Aquilam vibrare pennas;
Oculoq; contumaci
Radiantis ora ſolis
Animoſiùs tueri.
Fugit alta pauo deſes,
Metuens ſuos ocellos
Miniatulos ocellos
Gelidâ lauare nube.
Viduuſq; turtur atro
Gemitu replet repoſtas
Siluas, ſuaſq; gaudet
Mage nenias ſonare,
Mage geſtit & triumphat
Modulante plectra Phœbo
Rutilis coruſca gemmis,
Vbi feſta cultiori
Celebrans amœna luxu
Medius nouem ſororum
Auidus placere cunctis,
Citharam increpat diſertam.
Genius ſuus cuique,
Genius mihi eſt amare.
Elephas ferocit alto
Acies tuliſſe dorſo,
Populiſq; fœta caſtra.
Leo peruicax rapinæ
Inhiat, ſuamq; prædam
Auido ingerens barathro

Digitized by Google

Labra proluit cruore.
Tigris impotens domari
Rabie furit ſolutâ.
Vbi ſæua raucat ira,
Pecus omne nudat agros,
Quatitur timore ſilua.
Ouis innocens virentes
Legit ore blanda frondes,
Niueoq́; lacte ſtipat
Teneras ſibi papillas,
Sobolis penum tenellæ.
Bouis implicat toroſi
Famulare colla lignum,
Teneraſq́; vis proterua
Patitur manus puelli,
Stimuloſq́; non recuſat.
Canis improbo labore
Domini gulæ miniſtrat,
Leporum cubile luſtrat,
Timidæq́; tecta damæ,
Pretiumq́; luculentum
Operæ domum reportat,
Miſeram famem ſitimq́;
Genius ſuus cuique,
Genius mihi eſt amare.
Volucri ocyor ſagittâ
Liquidas natat per vndas
Agili vigore Delphis,
Placidoq́; blanda curſu
Freta verrit, & choreas,

Digitized by Google

Vario implicat receſſu:
Aſt vbi impetus tepentes
Stimulat calore fibras,
Secat aëra, & flagrantem
Volat impiger per æthram,
Faciliq́; vela ſaltu
Superat, fretumq́; rurſus
Patrium ſalum reuiſit.
Pelagiq́; monſtra cete
Scopuli inſulæq́; viuæ
Tumido ſuperba faſtu
Maris ambulat per æquor,
Ithacam ambulare credas,
Gyaraſq́; verticoſas.
Iubeat procax libido
Maris inſtar æſtuantis
Rabidas vomet procellas,
Validamq́; merget Argon.
Genius ſuus cuique:
Genius mihi eſt amare:
Studium vnicum amare,
Mihi ſolùm amare cordi.
Reliquis carere poſſum,
Patriâ carere blandâ,
Laribus carere certis,
Cereris carere donis,
Lepido carere Baccho,
Liquido carere ſomno,
Hilari carere menſa,
Nitida carere veſte,

Digitized by Google

Radijs carere Solis,
Oculis carere poſſum:
Sed non carere amore.
Mihi fas amare tantùm:
Nil omnia hæc morabor.
Amor impotens Mariæ,
Amor impotens IESV
Populat mihi medullas.
Iuuat hoc: iuuat amare.

V. Somnus.

FAuete turba linguis,
Digituſq; ſignet ora
Harpocratis ſigillum,
Maria dum benigno
Poſt ſpineos labores
Membra irrigat ſopore,
In florido cubili,
Quod ſuffiit ſuaui
Nardus crocuſq; odore.
Tumultus omnis abſit
Frementium rotarum:
Non rheda, non couinus
Perambulet plateas:
Ne quis madens Lyæo,
Sanaq; mentis expers,
Solutior per vrbem
Erret, ſuaſq; flammas
Voce inſonet petulcâ.
Caue, ô caue, moloſſe,
Bau bau latrare raucum:

Et

[redacted]

Digitized by Google

Et garruli catelli
Oculos locent ſopori:
Vel mox & his, & illis
Mulcebo fuſte tergus.
Te, galle, te monere
Pretium operæ eſt, tuamq;
Tibi exprobrare coràm
Vigilem loquacitatem.
Quid opus tacente ſole
Denuntiare noctu
Placidas quietis horas?
Et tu quieſce demens,
Dum cæteri quieſcunt.
Labor redit viciſſim:
Suas vices labori
Manè adferet, dieſq;.
Vnum genus ferarum eſt,
Volucrium ferarum,
Quod angue peiùs odi,
Tu noctua atque bubo
Malè ominata monſtra.
Queis noctis inter vmbras
Vlulare mos ineptum,
Ferale, triſte carmen.
Malum cauete, ſultis.
Iam cuncta conquierunt;
Silentq; piſcis inſtar,
Iam blandulum Mariæ
Iuuat notare ſomnum.
Vt molliter reclinans

Lateri

Digitized by Google

Lateri incubat ſiniſtro;
Vt brachium venuſtè
Cum brachio decuſſat?
Crines fluunt ſoluti,
Eburneumq́; collum,
Alabaſtrinumq́; vultum;
Et lacteos pererrant
Humeros, ſinuq́; ludunt
Inter roſas, decuſq́;
Florum ſuauiorum.
Pallor genis ruborq́;
Mixto flagrat colore,
Et viuidus ſerenis
Sanguis viget labellis,
Ciliumq́; delicatum
Obit aureos ocellos.
Dormire tam venuſtùm
Matrem decet Tonantis.
Dormi, Maria, dormi,
Dum mihi licet pudici
Fulcro inſidere lecti,
Oculis & irretortis
Noctu diuq́; vultus
Videre dormientis.
Dormi, Maria, dormi.
O qualis ille ſomnus!
Hunc nectariis ſacrato
Ramus madens liquore,
Tempus rigans vtrumque.
Membra in tenella merſit.

Nil

Digitized by Google

Nil hîc ſeuera Lethes
Sibi iuris vnda poſcit,
Pigro ſtupens veterno,
Nigriſq́ plena monſtris.
Dormi, Maria, dormi.
Dormis: ſed omnis expers
Mens ambulat ſoporis
Per aſtra, perq́ cælos;
Atque abditos receſſus
Intrat, ſacrariumq́
Sanctiſſimum Iehouæ.
Dormi, Maria, dormi.
Tibi aßidebo ſemper,
Pernoxq́ perdiuſq́:
Te dormiente viuam
Securus, & malignos
Vigileſq́ ditis aſtus
Exſibilabo victor.
Et blandulo ſuſurro,
Plectroq́ non loquace,
Non garrulo, aut petulco,
Sed quo ſagax Apollo
Mores docet modeſtos,
Tuos ſonabo amores,
Meos ſonabo amores,
O aureos amores!

VI. Amor.

Digitized by Google

VI. Amor.

AMor Deos gubernat,
Amoris omne regnum eſt.
Non Herculis columnæ,
Non Nyſa ſtructa Baccho,
Huic terminum dicarunt
Victoriæq́; metam.
Bacchum Herculemq́; vincit
Hic laneus puellus.
Nouus nec ille faſtus,
Sed Arcadum vetuſtam
Dominatur ante lunam,
Antiquiorq́; mundo
Terram anteit chaoſq́;.
Quidquid vides amœno
Mentem excitare philtro:
Quidquid ſuauiori
Oculos mouet colore,
Mulcetq́; odore nares,
Sonore mulcet aures,
Linguam incitat ſapore,
Hoc munus eſt amoris.
Illo imperante cælum
Terramq́; fabricauit,
Nullo indigens, ſibiq́;
Satis ſuperq́; felix
Ille orbis architectus.
Nec impetus reſedit,
Viſq́; impotens Amoris,

Digitized by Google

Donec ſtupente cælo,
Tellure de ſubactâ
Viuam ſui, æmulamq́;
Imaginem exarauit.
Dei iconem Deumq́;
Amore flagitante
Homini ſubegit orbem.
Effrenis & rebellis
Parere iuſſa tigris,
Et contumax leonum
Ira poſuit furorem,
Famulumq; Luca tergum
Bos præbuit labori.
Sed mox vbi neſando
Liuoris ardet œſtro
Aſtuta fraude ſerpens,
Vafrumq́; tendit aſtum,
Technaſq;, machinaſq;,
Inuoluat vt ruinæ
Genus omne Adamidarum,
Eheu nouam maritam
Pomo allicit venuſto
In rete fraudulentum.
Nec fortior maritus
Ad feminæ procacem
Submittit arma vocem.
Hinc lacrymæ, hinc perennis
Inundat ora fletus.
Iam tota ſub cruento
Humana gens tyranno,

Gens

Gens illa, gens beata
Vaſtiq́; rector orbis,
Diuis Deoq́; ſuppar,
Gens illa nata cælo
Ferreum iugum trahebat;
Adamantinaſq́; boias:
Crebriſq́; ſciſſa plagis
Fœdè vlceroſa terga
Ferociam arguebant
Veſanientis Orci.
Spes nulla, nulla aheno
Emancipare nexu
Patreſq́; filioſq́;,
Et lugubres nepotes.
Iam ſtirpitus peribat
Dei propago clara,
Amor niſi potenti
Dextra induiſſet arma;
Et turgidum veneno
Iugulum flagrante telo
Rabidi inuolaſſet Orci
Pedibus molens draconem.
Amor Deum gubernat
Amoris omne regnum eſt.

Digitized by Google

DRAMA COMICVM

PENDVLARIA.

Dramatis Perſonæ.

PHILOXENVS ſenex.
PISTOCLERVS adoleſcens.
LYDVS ſeruus.
MNESILOCHVS, SOSICLES, CLEOMACHVS, MENÆCHMVS — adoleſcentes.
DAVVS ſeruus.
LORARII 4.
NICOBVLVS ſenex.
MESSENIO ſeruus.

Digitized by Google

ACTVS PRIMI
SCENA I.

PHILOXENVS ſenex.
PISTOCLERVS adoleſcens.
LYDVS ſeruus.

Volo te mihi obſequentem eſſe. Piſt. *Vt gnatum decet.*
Phil. *Tum gymnaſiũ adire; apud magiſtrũ aßidere;*
Legere, commentari, ſcribere. Piſtocl. *Nil mauelim.*
Phil. *Caueſis vel digitum longè deuies, niſi*
Lignatum ire velis infelici de ligno Hercule,
Quóque corium tibi pingatur tuâ de purpurâ.
Piſt. *Faxo, pater, ne quid diuidiæ ſiet tibi.*
Et obſequens obedienſq; ero tuo
Mori ac imperijs: gnauum me atque ſtrenuum
Dabo libris, & litteris, ceræ, ſtylo.
Phil. *Nunc experiar an fungum genui an filium.*
Volo te mihi experimentum dare iam frugis bonæ
In herbâ cùm ſies. Raro meßis fauet,
Cùm luxuries teneram ſegetem enecat. Vide
Num dente depaſci vlmeo luxuriem velis.
Piſt. *Imò vnicè me morigerum dictis tuis*
Faxo vt deprædices. Phil. *Heus Lyde, Lyde, ades.*
Piſt. *Regiones colere mauelim Acheronticas*
Quàm perferre hancce diutiùs ſeueritudinem,
Quæ miſeram ergaſtulo me includit peßimo.
Phil. *Ageſis aures mihi totas, & mentẽ totam eloca,*

Aut

Aut vlmos paraſitos facies, quæ te vſque attondeant.
Lyd. *Eccere. quid vis?* Phil. *Adoleſcentē hunc noſti?*
Lydus. *Intus & in cute.*
Piſt. *Mentiris furcifer. Tun' hanc noſti cutem?*
Tuam Hercle lictor nouit extimè & intimè.
Phil. *Huic cuſtodem te præpono ſedulum:*
Ne quid agat, ne quid dicat niſi te conſcio.
Lyd. *Manus Hercle illius habitabo perdius,*
Linguamq́; pernox incolam Argo oculatior:
Ne quid agat, ne quid dicat niſi me conſcio.
Phil. *Haud ſomniculosè hoc agendum eſt, mi Lyde.*
Lyd. *Mirum eſt, me vt faciā te opere tanto quæſere.*
Indigna digna habenda ſunt herus quæ iubet.
Piſt. *Ego, Pol, faxo diſcas parere hero alteri,*
Plures orienti faciunt, quàm occidenti. Ego
Oriens, illic eſt occidens ipſiſſimus.
Phil. *Heus fili.* Piſtocl. *Mi pater. Eſtne quod iubes?*
Philox. *Huic*
Parere te volo. Piſt. *Pro rotâ me vti licet.*
Nempe hoc eſt; parebo, dum parere integrum eſt,
Venere ſaluâ, & lubidine, & meis iocis.

SCENA II.

PISTOCLERVS adoleſcens.
LYDVS ſeruus.

Di te perdant, mucoſe ſenex: quin me cruci
Duis diſcipulum potiùs, barathroq́; famulum,
Quàm me tam diris miſerum torqueas modis.
Scholas nempe iubes adeam, ſtudijs incubem,

Legam, commenter, ſcribam, iam malim Aedepol
Cum Siſypho mutare fortunam meam.
Vnum ille ſaxum voluit, mille ego millia,
Præclarum hoc Hercle piſtrinum eſt, ergaſtulum
Belliſſimum, vbi virgas molas quotidie
Impranſo & incœnato quantū ad nauſeam ſatis ſiet:
Vbi id ergon vnicū, quod iuuenibus eſt parergō vnicū.
Vbi tanquam claudus ſutor domi ſedeas totos dies:
Tum ſi vno verbulo muſſes, ſi mu mu ſolùm dixeris,
Extempulo verborū turbo grandinat, atque verberū
Cruenta tempeſtas. Tum me Acheron enecet,
Pedē cū primū intulerim in hoc doloris contuberniū.
O me ærumnatum! Quàm velim atra illunc pix agitet apud
Carnificem, & illius capiti illuceat, qui peſſimum
Hunc pueris commentus de nihilo eſt Tartarum!
Lyd. *Quid ais adoleſcens nihili.* Piſtoc. *Vxorem te mox domum*
Ducturum eſſe. Lyd. *Phanon id quidem eſt.* Piſtocl. *Crucem Hercule*
Pro vxorē domum duces. Lyd. *Erras puer, in crucem foras*
Ducar, vbi nuptias celebrauit pater meus,
Et auus, & proauus, atque tota à ſtirpe familia:
Hæc mihi debetur, hanc volo, hac ſinas frui.
Quid inuides tam felici prognato ſidere?
At ſcis? niſi mox ad ſcholas bites ocyſſimè,
Nil opus erit demum piſtorem noſtrum foris cribrum
Quærere. Piſtocl. *Quidum?* Lyd. *De cute mox cribrum nam fiet tuā;*

Ita

Digitized by Google

Ita Hercle forabitur virgarũ mordicibus. Piſt. *Obe.*
Taceſis, niſi dentilegus fieri mauelis. Lyd. *Etiam minas?*

Piſt. *Nam meus eſt balliſta pugnus, cubitus catapulta'ſt mihi,*
Humerus aries. Lyd. *O bellator ſtrenue, ſtipendium*
Tibi in vlmis creſcit, mox dabitur hoc vlmeum ſtipendium.

Piſt. *Quid me tibi curatio eſt?* Lyd. *Iam nunc ſcies.* Piſtocl. *Iam nunc abi*
In maximam malam crucem. Lyd. *Hancce tibi iam fabricas miſer.*
Nam hac ſi pergis, fieri nequit quin modò ſis occiſiſſimus.

Piſt. *Ego tibi iſtam ſceleſte linguam.* Lyd. *Mox, pater, pater.*

Piſt. *Tace, atque ſequere Lyde me.* Lyd. *Illuc ſis vide.*
Vt magna ſæpè ingenia in occulto latent!
Hic adoleſcens quantus nunc Imperator eſt!

ACTVS SECVNDI

SCENA I.

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS.
SOSICLES. LYDVS.
CLEOMACHVS.

SEquere huc. Soſicl. *Quorſum?* Mneſ. *Vt volupe tibi de me ſiet hodie.*

Cleom. *Quia iam adeò compleui me flore Liberi;*

Iam liber, iam liberrimus, iam Libertas Dea.

Piſt. *O lepidum ſolem hunc! ô diem lepidiſſimum!*

Quàm exoſculari peruelim te ſol lepidiſſime!

Lyd. *Quid facis adoleſcens? facito vt facias ſtultitiam ſepelibilem.*

Piſt. *Vbi tu es qui colere mores Maſſilienſes ſoles?*

Hîc ad Maſſylos commigraſſe noueris.

Mneſ. *Hui! hîc eſt Piſtoclerus!* Piſt. *Hui! hîc Charitum fraterculi!*

Imus ſorores inuiſum veſtras, Charitũ ô fraterculi?

Lyd. *Non patiar.* Piſtocl. *Laqueum ſi vis emere, en triobolum,*

Suſpendas te licet. auarus non ſum: pretium offero,

Operamq́ etiam meam, quò citiùs obſtringas gulam.

Lyd. *O præligatum pectus!* Piſt. *O ſtatua verucсea!*

Cleom. *Eia, eia, Piſtoclere, par pari lude.* Piſt. *Apageſis.*

Lyd. *Non pares?* Piſt. *Non pendes?* Lyd. *Nec in mentem eſt tibi,*

Patrẽ tibi eſſe? Piſt. *Tibi ego, aut tu mihi ſeruus es?*

Sequere huc. Lyd. *Quò recipis te?* Piſt. *Ad præſepem meam.*

Vnde Liberi lepos iam nares afflat. Mnes. *Vt naſum ſagax habes.*

Age huc, veteris vetuſti te implebo gutture tenus.

Piſt. *Bono quo fruitur in vita homo; eo vero fruitur bono.*

Mortis in arbitrio eſt reliquum: quale hoc ſit, di viderint.

SCE-

SCENA II.

LYDVS.

O barathrum, vbi tu es? vt ego te vſurpem lubens!
Video nimio iam multo pluſquam volueram,
Vixiſſe nimio ſatius eſt, quàm viuere.
Iam decollauit omne mihi conſilium. Hei! hei.
Væ illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo morientur
meo.
Domum redeam? hero nuntiem? occiſiſſimus ſiem
Mortalium omnium. Mox, cur non tecum eum?
Neuolt: tu fortior, vi decuit hoc agere facinus.
Ita Hercle tres validos ego iuuenes ſolus feram;
Et quartum iſtum ſeſquipede aqualiculo,
Qui ſolus mihi humeros pondere frangat ſuo:
Domum redire tutum non eſt, nec tutum ſubſiſtere.
Hoc tamen eſt potius: huc concedã ad eos intus ſimul:
Prandebo, cœnabo, tergeboq́; calices,
Euerram patinas; certè Hercle vbi lautè mihi
De cœna prouiſum atque prandio; ſi quid humeris
Incumbat oneris, fortior ad ferendum ero,
Quàm ſi ieiunus vlmos ferre cogar integras.

SCENA III.

DAVVS.
LYDVS.

Durum Hercle negotium eſt homini ſeruo, neque
Vnquam caret negotio, etiam dum caret.

Digitized by Google

De piſtrino vix redij laſſus oppidò,
Genus inter verſatus ferratile, vlmorum procus
Iubet ire me ſenex omnia per compita,
Et conſpicillo clauculùm Lydum aſſequi,
Videre quid agat, obſeruare ſedulò,
Lydum, inquam, cui gnatum concredidit ſuum,
Ouem lupo. Niſi Hercle me indoles latet
Huius maſtigiæ, hodie illic comœdias aget,
Et ludum faciet herum noſtrum. fruſtra eſt, eum
Frugi eſſe qui putat, quia frugi verba perduit;
Facetum victum amat æquè ac herilis filius.
Nimiumq; nequiter diſſimulat alliato viuere,
Dum clanculùm expilat herilem trifur penum.
Et eccum, quo ornatu prodit conſpicuus huc foras,
Certum eſt hominem contrà alloqui.
Lyd. *Qui me ſapere nimio cenſui pluſquam Thalẽ,*
Stultior Hercle fui barbaro Potitio,
Iniquus oppidò fui: fuiſſe pœnitet,
Quando hunc adoleſcentem bono prohibui ſuo frui.
Bonum Hercle eſt. expertus loquor, bonum. optimum
Edere, bibere, pergræcarier. Ita me amet
Sacta ſaturitas, niſi hoc malim quã nectar Iupiteris.
Nam, id quale nectar ſit, equidem haud ſcio,
Dum mulſo plenum cantharum habeo, habere hunc me plenum ſcio:
Atque hoc ventriculus teſtatur modò obeſulus,
Qui plenus antè inanijs fuit & araneis.
Dau. *At ventriculus ille tuus ſi itã ventriloquus foret,*
Malorum quæ imminent gnarus, non tam improbè
Tuo conſuleret tergo. Lyd. *Hui! monſtrum Hercle:*

Ge-

Geminus ego ſum factus, reor, gemina mihi parent omnia.

Dau. *Nempe hoc eſt, geminæ tibi virgæ domi, gemina ſunt vincula,*
Geminum piſtrinum, geminumq́ & ergaſtulum,
Trabs gemina, ex quâ crux vna mox fiet tibi,
In quâ tu non geminus, ſed ſimplex pendeas.

Lyd. *Matheſeos peritus ſubitò quos deformo circulos?*
Non Hercle magno conſtitit matheſis hæc mihi;
Tales adire peruelim ſcholas quotidie.

Dau. *Alios ego mathematicos auguror breui adfore,*
Qui lineas in cute tuâ, rubricâ depingant tuâ.
Si cui homini paratum in orbe malum, id tibi paratiſſimum eſt.

Lyd. *Quis hic aridus eſt pumex?* Dau. *Non omnes merum*
Olere poſſunt Lyde. Lyd. *Quid loquere frutex?*

Dau. *Fruticem ego me malim, quàm Lydum hodie.* Lyd. *Quianam?* Dau. *Scies,*
Quando in cataſtâ pendebis mox noctem perpetem.

Dau. *Quid tū? Tū dedolabūt latera validi ſex viri,*
Et te reſingent denuò. Lyd. *Oſtreato tergore*
Facient ſuperbum. Dau. *Ita arbitror.* Lyd. *Placet, Hercule,*
Tuū hoc auguriū, Daue. Da. *Inde ad molā alligabere,*
Nec inde exibis donec vita vitalis tibi.

Lyd. *Bellè. hoc hereditarium eſt mihi domicilium:*
Mei hinc maiores nobilitatis habent originem.

Da. *Dein ſcis quò?* Ly. *Ad crucē reor: hanc olim mihi*
Deſpondi, huiuſq́ immoriar perlibens amplexibus.

Digitized by Google

Dau. *Quàm confidenter loquitur carnifex!* Lyd. *Ita fieri ſolet,*
Nullius quando criminis animus ſibi conſciu'ſt.
Dau. *Os ferreum!* Lyd. *Caueſis malum Daue.* Dau. *Etiam minas?*
Lyd. *Ego te exanimalem faxo, ſi quid amplius,*
Atque exheredem vitæ tuæ. Dau. *Ohe verbero!*
Lyd. *Equidem.* Dau. *Quid me tibi tactio eſt?*
Ly. *Quid tibi malũ me, aut quid ego agã curatio'ſt?*
Dau. *Heri auſpicijs huc legatus veni de filio.*
Lyd. *Dic illum eſſe.* Dau. *Hoc Hercle ſcibam.* Lyd. *Quid igitur rogas?*
Dau. *Vbi ſiet niſi ſenex ſciat, tu mox ſcies ſenex vbi ſiet.*
Lyd. *Dic illum eſſe benè, vbi benè eſt illi.* Dau. *Eho.*
Id tuus ille probat ornatus. Lyd. *Lydum decet:*
Decet nos pergræcarier, ſed te bubulcitarier.
Dau. *Dices vbi ſiet?* Lyd. *Ibi eſt Lydi pugnus in malis tuis.*
Dau. *Verùm ſuo malo.* Lyd. *Mentiris furcifer,*
Tuo id malo eſt: id malæ Pol dicent tuæ.
Niſi mox. Dau. *Abeo: ſed nihili es & omnino nihil.*
Lyd. *Tu porro perge quò miſeria te vocat:*
Me mea voluptas iam ſuam inuitat domum:
Mei tergi hæc facio, non tui fiduciâ.
Dau. *Cis Hercle paucas tempeſtates furcifer,*
Augebis ruri numero genus ferratile:
Lyd. *Abijt hæc torpedo: nunc omne conſilium aduoca*
Lyde, ingens opus aggrederis, rem arduam Aedepol:
Frequens ſenatus fraudium adſit oppido,

Et hanc qui administrem exponat prouinciam.
Mox Hercle delectam noster habebit ſenex,
Et copias conſcribet in tergum meum:
Quid agam? quos contrà educam milites? hic eſt,
Hic vnus eſt, qui omnes illius proſternet copias:
Ipſum Imperatorem petet, & cedet illicò,
Per loricam viam faciet, perque clypeum
Cor occupabit. victor ego mox inclytum
Ducam triumphum. Iſtuc vos cernere prælium volo
Extra iactum teli, fortunæ extra aleam.
Et eccere ſenem. vt Mauortem in vultu gerit!

ACTVS TERTII

SCENA I.

PHILOXENVS ſenex.
DAVVS ſeruus.
LORARII quatuor.
LYDVS.

AIn' ita eſſe Daue? Dau. *Aio.* Philox. *Certus es?* Dauus. *An cæcum me putas,*
Quæ vidi non vidiſſe me ſi dicas, videris?
Phil. *Vbi nunc illum reperiam ſcelus? vbi hoc crucis cimelium?*
Faxo iam Hercle vt ſuo crux gaudeat cimelio,
Nec ploret diutiùs ſibi fieri iniuriam.
Dau. *Huc reſpice. Quis hic eſt cum collatiuo ventre.* Phil. *Hic ipſus eſt.*
Eia, eia, Lyde, eia, ô potator ſtrenue!

Hoc

Hoc nempe iuſſeram, ventrem vt curares ſedulò,
Vt heri tui corrumperes rem & filium?
Dau. *Ergo ad Prætorem vt eamus res iam poſtulat,*
Vbi manu mittar ob nauatam gnauiter operam.
Phil. *Eamus, Hercle, ad carnificem, qui pendeas.*
Dau. *Eamus, Hercle: nil moror; at niſi filium*
Mox perdidiſſe mauelis, pro me ſalies in crucē libēs,
Et pro me pendeas Lydi-vicarius.
Phil. *Conſtringe tute illi Artemo actutum manus.*
Dau. *Non renuo: ſtringe etiā fortiùs, etiā ohe fortiùs,*
Etiam pedes, etiam collū. Phil. *Dij te perduint ſcelus.*
Dau. *Quæ te agitant intemperiæ? cur malum tibi*
Vltro imprecaris? ſi dij me perduint,
Tu Hercle omnium mortalium es perditiſſimus.
Phil. *Tun' me ludificas, triueneſice? agite, abducite*
Intro, atque adſtringite ad columnam fortiter.
Dau. *Agite, abducite, tāti es quāti eſt fungus putidus.*
Nil ſentis, mox vltrò me obſecrabis miſer,
Vrgebis vt ſolui velim, libertatem offeres,
Mulcebis Lydo genua. Phil. *Mulcebo Hercule*
Lydo tergus flagris bellè, belliſſimè.
Rapite ſublimem in aëra: pendeat mox furcifer.
Lyd. *Rapite, agite, pendeā.* Phil. *Quâ tu hæc fiduciâ?*
Lyd. *Aequi & boni.* Phil. *Non pendes?* Lyd. *Cùm lubet:*
Sed priùs iſtas tabellas perlege. Philox. *Ecquid ganniunt?*
Contrà ac volo mox famulæ Vulcano ſeruient.
Lydus. *Noſce hoc ſignum, éſtne id filî?* Phil. *Noui.* Lyd. *Perlege.*

Phil.

Phil. *Ohe litteras minutas.* Lyd. *Qui quidem videat parum;*

At qui ſatis videat grandes nimio ſatis.

Phil. *Iam conſpicilla oculos iuuent meos.* Lyd. *Iuuẽt.*

Pater, peccaſſe me ſcio, & peccaſſe pœnitet;

Vino dedi me, ita hoc perſuaſit adoleſcentia,

Mali ſodales, pellecebræq; peßimæ.

Pergræcando, belluando abſorpſi plurimum,

Noctes dieſq; Baccho feci & volupiæ.

Nolo pater hoc mihi condones flagitium peßimum.

Exilio mutare ſolum ſtatui: tibi ne hæreat dedecus.

Itiner iam molior, nec te intuerier animo

Meo perſuaſi facinoris huius conſcius.

Vale pater, & Lydo nil imputes rogo,

Illi auſcultare nolui, illumq; abripui in neſas,

Verbis me plurimis concaſtigauit acriter,

Nihili duxi monita, nihili feci: nunc pœnitet.

Vale pater, tuum nunquam viſurus filium.

Phil. *Lyde, ô Lyde, lacrymas nati eliciũt mihi litteræ.*

Lyd. *Quicũq; vbicunq; ſunt, fuere, vel poſthac erũt,*

Bardi, blenni, buccones, matulæ, anteis

Omnes longè ſtultitiâ, & moribus præpoſteris.

Illum tu cures filium? illius ergo lacrymas.

Phil. *O Lyde, Lyde, aliter tu ſapias, ſi pater fores.*

Lydus. *Hercle ego eum peßimis perdam modis ſi pater forem.*

Phil. *Taceſis.* Lyd. *Non poſſum tibi morem gerere, qui illius*

Mores noui. Phil. *Sit prauus, ſit malus, ſit peßimus, at eſt filius.*

Lyd.

Lyd. *Non ego ſuſpenſum me mauelim, cùm audire iſthæc cogor probra?*
Taceſis, & filium eximas iam periculo:
Ego quantum argenti opu'ſt perſoluam ganeæ,
Iam dabo, iam deferes, iám liberes mihi filium.
Solue illum ſis. Lyd. *Nolo ſolui.* Phil. *Aſt ego volo.*
Lyd. *Aſt ego magis æquus malo pœnas luere flagitì.*
Phil. *Cuius?* Lyd. *Tui, qui innoxiū oneras tot malis.*
Iubes ligari, indictâ cauſsâ me duci iubes.
Phil. *Quæſo hoc mihi flagitium noli imputare, mi Lyde.*
Lyd. *Nolo condonare niſi genua demulſeris.*
Philox. *Mulſi: congialem tibi propinabo fideliam.*
Cape hoc aurum, Lyde, i fer filio.
Lyd. *Non equidē accipiā, proin tu quæras qui ferat.*
Nolo ego mihi credi. Phil. *Cape verò, odioſum facis.*
Lyd. *Non equidem capiam.* Phil. *At quæſo.* Lydus. *Dico vt res ſe habet.*
Phil. *Morare.* Lydus. *Nolo inquam concredi mihi;*
Vel da aliquem qui me ſeruet. Phil. *Obe odioſè facis.*
Lyd. *Cedo ſi neceſſe ſit.* Phil. *Cura hoc, iam ego reuenero.*
Lyd. *Curatum eſt eſſe te ſenem miſerrimum.*
Attonſus ad cutem es vt miſerrima ouicula.
Nunc ego prædam hanc commilitonibus feram.
Iam nunc accipientur mulſo lautiſsimè.
Vt ego ſubleui os! vt glaucomata obieci ſeni!

ACTVS

Digitized by Google

ACTVS QVARTI
SCENA I.

PISTOCLERVS.
MNESILOCHVS.
SOSICLES.
CLEOMACHVS.
LYDVS.

NEſcio quid præſagiat inſulſum cor, Hercule,
Ad Augurum collegium res deferri pote eſt.
Mn. Nos Augures, hic Augurum eſt collegium.
Piſt. Cor hiſtrionicam facit, ſalit impigrè.
Soſicl. Nempe hoc eſt, ſalies mox præ gaudio.
Piſt. At ego, ſi quid Sibyllæ mihi dictant mea,
Lydum in crucem ſaliſſe nimis vereor malè.
Cleom. Eccere quàm bellus augur: deſpuas miſer
Funeſta dicta hæc. Lyd. Quinpropero de vicino congredi?
Piſtoclere, ô Piſtoclere. Piſt. O Lyde, ô ſalus mea,
Salue. Lyd. Apageſis ne cominus mihi. Pi. Quippeni?
Lyd. Profanus es, ego ſacerrimum ſacrariũ Hercule,
Et auguſtiſsimum omnium lararium.
Cleom. Quidũ? quibus initiatus ſacris triuenefice?
Lyd. Niſi modeſtiùs, væ. Soſic. Quanto fermẽto tibi
Increuit ſubitò pectus. Lyd. Non de nihilo eſt hæc fiducia.
Piſt. Tacete: ſinite me meum Lydum oſcularier,
Sinite me ſuauiarier fortunam meam.

Lyd.

Lyd. *Tun' tanto coram numine impudens laſciuies?*
Ego hîc in hoc marſupio Plutum gero,
Vnà & ſalutem tuam, ô adoleſcens impie.
Tu tanto coram numine adhuc laſciuies?
Piſt. *Minimè Hercle. veneror hæc numina, & Lydum meum,*
Myſtam ſacerrimum. Omnes. *Vnà omnes ſacra facimus*
Pluto & Lydo. Lyd. *Salite præ gaudio.* Cleom. *Quianam*
Non Martem huc adfers ſed Plutum: ſuós
Mars Salios habet, haud Plutus. Ly. *Salite extēpulo,*
Vel ne ſemuncia dabitur. Piſt. *Eia, ſalimus ſtrenuè.*
Lyd. *Etiā adhuc, etiā adhuc, adhuc etiā, etiā adhuc.*
Mn. *Iuppiter omneſq; te dij perdant furcifer.*
Præ laſſitudine concidunt mihi genua.
Lyd. *Sic præparatur epulis ſua penus;*
Eamus intro, triumphalem vt cœnam vobis parem:
Nam fortiter agens hodie noſtrum expugnaui ſenē.

SCENA II.

NICOBVLVS ſenex.
MESSENIO ſeruus.

Nicob. *Malā rē ducit, multaſq; ſibi fabricat cruces,*
Vxorem qui ducit domum, quiq; fabricat filios.
Meſ. *Pape! quis hic Vulcanus, filios qui fabricat?*
Nicob. *Ita equidem experior pridem. nam vxor mihi domi eſt,*
Quæ fel vincit & abſynthium amaritudine, res peſſimas;

Quæ

Quæ fumi adinſtar ſemper abigit lacrymantē foras.
In ganeâ, ni fallor, filij ſunt, qui meum
Exenterant medullitus marſupium.
Hos ego iam peruelim mihi obuios dari hodie;
Exenterabo, & emedullabo penitus.
Meſſ. *Vt Aeacidiuis animis expletus ſenex!*
Vereor ipſis oculos miſeris exorbeat,
Vitamq́ue euitet. Nicob. *Faciā Hercle ſciant patrem*
Me eſſe, & ſeſe filios: ſi fuſtem ſumpſero,
Mox expupillatos reddam verberibus. Meſſ. *Equidē*
In Libya mauelim occurrere leoni & tigri,
Quàm huic hodie ſeni. Nicob. *Siccine me perdere,*
Rem meam decoquere, famam peſſundare,
Nepotari, impunè! age Meſſenio, grādimus gradum?
Meſſ. *Ad quid: ſi pranſum imus: ſi cœnatum: eccere,*
Vel Pegaſum prauortam. Nicob. *Tun' aciē hebetes*
Mei furoris, tuis caput obtundens iocis? Meſſ. *Eho*
Iam carina hæc ventris mei ipſa eſt vacuitas:
Quid mirum ſi ſaburram poſcit, vt ſecuriùs
Velificetur nauis? Nicob. *Saburram fuſiùs*
Dabo quantam neuelis. Meſſ. *Sine obſecro:*
Hæc cruda nimis eſt cœna, atque ſtomacho nocet.
Nic. *Mox te elinguabo furcifer.* Meſſ. *Tuus ego ſum.*
Si mutum mauelis mancipium: tu videris.
Nic. *Age, inquam, & Mneſilochum quæramus mox,*
& Soſiclem.
Meſſ. *Nempe pedes non habent vt redbitent domum.*
Nicob. *Eamus, inquam, & ganeones peſſimos*
Mox peſſimis perdamus, vt decet, modis.
Meſſ. *Hoc eſt, quatuor iungamus indomitos equos.*

Duos qui diſtrahant pedes, duos qui brachia.
Tum illoſce flagris incitabimus affatim
Equos; qui validè neruis tendant omnibus
Suum quod eſt rapere: tuos deartuare filios:
Sic ex vno duplum habebis fœnori.
Octo ex duobus mox fient: nihilo minùs.
Nic. *Sat filiorum diues ſum, Meſſenio,*
Atque ex duobus malim vnum fieri, & bonum.
Meſ. *Nempe hoc fiet: viciſſim comedet alter alterum:*
Medium vbi comederit alter alterius,
Duos compingemus dein medios ſimul,
Et fiet vnus è duobus. Nicob. *Tu furcifer,*
Perge age iocari; ego ted, illoſq́ pariter
Fartum mox faciam, & in artocreâ coquam,
Vt paſta vobis fiat contubernium.
Meſ. *Nõ equidẽ volo tui animi exſtinguere incendiũ,*
Here: optima res eſt, iraſci peſſimis;
Sed magis oleum flammis ingero; quo ardeas.
Nic. *Aetnam Hercule flabello irritat Pygmaeolus.*
Aetnam hoc gero pectore: euomam hanc in filios
Totam, quanta eſt: ſequere huc, Meſſenio.
Meſſ. *Laruas lemureſq́ omnes modò qui loquitur ſenex,*
Mox, Fili, mi fili: ne ſic columbule,
Ne ſic mi pſittace: ſaccharum obiiciam tibi,
Comede, mi pſittace, & deterge ocellulos:
Quid fruſtra ſic meos violas ocellulos?
Hem prædam! Quàm ſagax naſum ſenex habet,
Tam citò feras ſuis mouit cubilibus.
Moloſſicum hîc agam, dum aget ſenex venaticum.

SCE-

SCENA III.

PISTOCLERVS.
CLEOMACHVS.
MNESILOCHVS.
MENÆCHMVS.
SOSICLES.
LYDVS.
MESSENIO.

Mneſ. *Nunc ego inter ſacrum, ſaxumq́ ſto.* Soſicl. *Hercule,*
Nos victimas mox cædet carnifex ſacerrimus.
Mneſ. *Quin tu quieſcis, directum cor meum ac ſuſpende te:*
Tu ſuſſultas, ego miſer vix ſto præ formidine.
Piſt. *Tum nempe miſer miſerrimus eſt, cùm deficit*
Cum re conſilium. Cleom. *Omnem ſenatum conuoca*
Doliq́ fraudiſq́, vt falſidicis fallacijs
Senex iugulatus pereat. Piſt. *Acutas Hercule*
Poſcis fallacias, talem vt iugulent ſenem.
Men. *Lydum hoc poſcit munus, nec fruſtra erit, ſcio:*
Nouit, ſenibus ſuis os oblinere offucijs.
Mneſ. *Ad Lydum omnes hanc deſerimus prouinciam.*
Lyd. *Periculi res plena eſt hæc prouincia:*
Nolo tam temerè iacere meo in tergo aleam.
Odi Hercule eos magiſtratus, quibus ponè ambulant

Lictores, queis nulla eſt, niſi in cute, purpura:
Qui non triumphant, niſi ſub furcâ vapulent.
Piſt. *Auctoritatem tun' ſenatus negligas?*
Videſis, ſenatuſconſulto quî pareas.
Mneſ. *In eandem omnes diſcedimus ſententiam.*
Lyd. *Quâ lege hanc traditis mihi prouinciam?*
Nolo Prætor, nolo eſſe Proprætor, neque
Proconſul: res grauis eſt, & Dictatorem poſtulat.
Dicite me Dictatorem. Omnes. *Dicimus.* Lydus. *Date*
Secures cum faſcibus. Men. *Eho, ceruicibus*
Tam citò minaris noſtris? Lyd. *Hoc mei ſit arbitrî:*
Volo abſolutum imperium mihi dari in vitam & necem.
Omnes. *Damus.* Lyd. *Nunc ergo tu hîc ſis: age, ſtatio hæc tua eſt;*
Hunc tu ſerua locum, nec deſeras, vide.
Hic mihi prætorium erit, huc concilium conuoco.
Piſt. *Age, Imperator maxime, rem incipe ſtrenuus.*
Tam facilè vinces, quàm volpes pirum comeſt.
Lyd. *Herclè, iam tempus aurem vellicat mihi,*
In conciliare copias omnes meas.
Sumne Imperator maximus? ſum Aedepol,
Atque auguſtiſſimus: & tamen hoc tanto mihi
In diſcrimine dum res vortitur, atque in acie
Dum vita conſiſtit mucronis; nullus eſt
Tribunus, nullus Centurio: tota hic ſtetit,
Hoc in cerebro belli moles. Quid agam? Quin bellicum
Indico concilium: placet; adeſte fraudium

Millena

Millena millia, quotquot eſtis in domo.
Hei! humilis hæc dictio, nec me decet; ollas olet:
In hoc, inquam, capitis prætorio
Iam conſedere, iam rogito ſententias.
Piſt. *Quemadmodum adſtitit ſeuerâ fronte curas cogitans?*
Reperit, non reperit: nutat, abnutat: magnum facinus animo
Coquit: crudum eſt, necdum coctum: ructat etiam nunc iam.
Quid hoc? quid agis? nugas agis, Pol, nugaciſsimus merè.
Digitos credis te perdidiſſe? numeras. Lyd. *Sine, reperi modò.*
Piſt. *Pectus pultat, cor, credo, euocaturus eſt foras.*
Lyd. *Hac ſi tetenderit acies, vicimus.* Piſtocl. *Hui, quàm feruidè*
Concrepuit digitis! res tandem progreditur ex ſententiâ.
Actum eſt? Lyd. *De cute tuâ; niſi quod occurrerit aliud mihi*
Augurium: inebras hucuſque aues video, arculaſq; peßimas;
Non gero bellum, niſi auſpicatò. Piſt. *Vigila, ne ſomno ſtude.*
Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffecit ſuo.
Vigila, inquam; expergiſcere, inquam. lucet hoc, inquam. placet.
Euge, euge, euſchemè me Hercle aſtitit, & dulce, & comœdicè.

Lyd. *Io, io triumphe, adeſte tubicines, tibicines,*
Equites, pedites, elephanti capti de hoſtibus,
Præda omnis, ſpolia opima, & de quibus modò
Triumphus agitur, adſint vinculis probè
Onuſti defloccati duo ſenes. Huic
Noſtro Iugurtha nomen erit, illi alteri
Perſes: ego Marius atque Aemilius ero.
Vbi eſt ſenatus? Piſtocl. *Lictores adſore mox arbitror,*
Nec ſine virgis. Lyd. *Quas Dictator equidem in humeros*
Mox expediam tuos. Piſt. *Dictator inclyte,*
Dictata niſi mox proferas belliſſima,
Quæ nos noſtrumq; tergus de periculis
Eripiant, ibis patibulatum ocyſſimè,
De Dictatore mox effectus furcifer.
Lyd. *Tun' hiſce minaciis me territes larua vmbratilis?*
Heus, lictor, caput obnubito illi, atque arbori
Infelici ſuſpendito. Piſt. *Actutum, niſi*
Explicaris mihi negotium, Hercules,
Noctem pendebis perpetem. Lyd. *Nihil, nihil,*
Nihil actum eſt; dictaturam exuo: nec ciuibus
Rebellibus velim prodeſſe. Piſt. *At Iupiter*
Bene te amet. ſis Dictator iure quàm optimo,
Sis quidlibet: modò imperti me, quod commentu'ſt. Lyd. *Tace,*
Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco, vt ſcias
Iuxta mecum mea conſilia. Piſt. *Salua ſumes indidē,*

Lyd.

Lyd. *Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo,*
Neque habet plus ſapientiæ quàm lapis. Piſt. *Egomet iſtuc ſcio.*
Lyd. *Nunc ſic rationem incipiſſam: ita hanc inſtituam aſtutiam.*
Mox pater vbi venerit: faciem mox exues;
Mox indues aliam, tu inquam, tù, tu, tu. Piſt. *Age.*
An noctuas nos eſſe putas? ſic tu, & iterum
Tu, tu, tu clamitas, ô triuenefice.
Tum facierum nos diuites ſic autumes,
Vt Ianus olim bifrons erat, & quadrifrons,
Mutare & pro libito nos facies creduas,
Vt mutatorias veſtes? Lyd. *Caueſis malum.*
Exorſa hæc tela eſt non malè omnino mihi,
Pertexam perbenè; licium ne ruperis.
Tu pare, tu ne quid muſſes, niſi cùm aderit mox ſenex:
Furioſum tum te, tum lymphatum fingito,
Tum ea dicas, tum facias, quæ Oreſtes nunquàm fecerit.
Mneſ. *Quid tum?* Lyd. *Fugiet.* Piſt. *Prò fraudium fraus peſſima!*
Lyd. *Nunc experire ſitne acetum tibi, & cor acre in pectore,*
An fungum pro corde geras, peponem pro cerebro.
Hanc tu prouinciam pro legato obieris,
In quâ duellum hodie feruebit maxumum.
Piſt. *At tu qui facies mutare iubes hominem, vbi*
Hæ creſcunt, quas mutemus facies, expedi.

Digitized by Google

Lyd. *In hoc creſcunt marſupio; hîc venum omnia*
Exponit Iupiter, etiam fidem, & fiduciam.
Piſt. *Age aperi tandem olitorium hoc forum.* Lyd. *Aperio.*
Sed Cereris hîc myſteria ſunt; cerni abnuunt.
Ibo intrò; mox prodibo foras, mox omnia
Dabo expedita, impedita quæ vides modò.
Piſt. *Miras hic turbellas excitabit furcifer,*
Si Lydum noui, texit hiſtrionibus
Lepidam fabellam. monſtri eſt, niſi pendeat hodie,
Et totum opimi corium bouis deuoret,
Helluo flagrorum peſſimus. Soſic. *Cutem illius*
Si quis denariolo vendat mihi lanio
Nolim Hercle. ita mox forabitur dente vlmeo.
Meſſ. *Hi me videre non putant, audire me*
Nihil. At verò vbi ſenex aderit, omnia
In lucem proferam, atque in meridiem ipſiſſimam.

SCENA IV.

LYDVS.
PISTOCLERVS cum ſociis.
NICOBVLVS.
MESSENIO.

Lyd. *Nemo vnquam magis ſui ex animi ſententiâ*
Res expediuit peſſimas, quàm ego hodie.
Cleom. *Eccum. Dictator adeſt.* Piſtocl. *Quid ceſſamus? ſalus*
Noſtræ reipublicæ huius in ſinu iacet,
Ibi quieſcit. Mneſ. *Imperator maxime,*

An

An commeatus in promptu eſt? num ærarium
Neruuſq́; belli ſolidus? Lyd. *Agite, vicimus,*
Hæc eſt panoplia, hæc cataphractorum arma ſunt
Ipſiſsima. induite. Piſt. *Quin ſagum das è prætorio?*
Hoſtis adeſt, nimio quàm atrociſsimus.
Lyd. *Si illi machæra eſt, & nobis rhomphæa'ſt domi.*
Nic. *Bilem in naſum conciuit mihi labor, morâq;*
Dum quæro, dum plateas omnes obeo, & perditos
Nondum reperio nepotulos. nam filios
Iam pridem perdidi: qui tam nequiter
Palàm nepotantur. Sed hem Meſſenio
Opportunus adeſt conſiliarius re in peſsimâ.
Meſſ. *Ah Nicobule, Nicobule!* Nicob. *Oh mi Meſſenio,*
Meſſenio! Meſſ. *Teneo prædam vnguibus.* Nicob. *Lupum auribus,*
Vt vereor. Meſſ. *Ego eos tibi ſi oſtendero filios,*
Agnoſces? Nic. *Herculè, niſi oculos effodiant mihi,*
Agnoſcam quos genui, quos eduxi malo
Suo, luctu meo familiari, & quod eſt
Caput, meæ crumenæ exitio & funere?
Meſſ. *Viden' hos?* Nicob. *Quid ni videam? quid ſic me captas carnifex?*
Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris.
Meſſ. *Hi ſunt.* Nic. *Hi ſunt?* Meſſ. *Niſi fortè alicubi ſe perduint,*
Aut ſe reliquerint forſitan in ganeâ.
Nic. *Hi ſunt?* Meſſ. *Niſi de Euphorbo Pythagoræ fient.*

Digitized by Google

Nic. *Hi ſunt? Credo quidem me vidiſſe eos, nec alteri*
Sed mihimet credo, oculis credo meis.
Nicob. *Hi ſunt?* Meſſ. *Hi ſunt? hi ſunt? hi ſunt? vomitum moues*
Ita mihi ad nauſeam, Hi ſunt exſcreas. hui!
Nicob. *Meſſenio, multa ſenium fert ſecum incommoda,*
Oculis nubem obducit. cenſen' operæ pretij
Adire? Meſſ. *Niſi perire eos mauelis.* Nic. *Quis hic?*
Meſſ. *Filius eſt, ni fallar.* Nic. *Nempe Aethiops mihi*
Eſt filius. Meſſ. *Quid ſi in camino leno foris*
Eum ſuſpenderit, vti fit carnario,
Vbi pernæ pendent, vbi lardum omne fumigat?
Nic. *Hercle fieri pote: nam mala merx leno eſt. age,*
Mi fili quid ceſſas? num vocem agnoſcis patris?
Hui! hæc quidem Aedepol laruarum plena ſunt.
Cenſen' eum eſſe filium Meſſenio?
Meſſ. *Niſi fortè migrauit ex corpore, veluti ſolent*
Migrare ex ædibus antiquis in nouas.
Nicob. *At naſus illi pluſculum eſt ſimus, Meſſenio,*
Non filio item meo. Meſſ. *Quid ſi pugnis ei*
Interpolarit os meretrix, & denuò
Refinxerit. Nicob. *Labia hiulcant nimis, Meſſenio.*
Sed iterum aggrediar hominem. Perplexabili
Neſcio quo murmure incaſſum fremis frutex?
Piſt. Οὐ γὰρ ἐγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
Η ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχει κατὰ δῆμον ἅπαντα.
Nic. *Malè metuo ne malum duit mihi: hic elephas*
Eſt, non homo, barrit, non loquitur Hercule.

An

An me riſui, me ludibrio habes, Meſſenio?
Ego te carnifici diſcipulum mox dabo carnifex.
Meſſ. *Si quidem omnes coniuratim cruciamenta conferant;*
Habeo, opinor, familiare tergum, ne quæram foris.
Non poſſunt mihi minacijs credo tuis hi oculi fodiri hodie,
Sicvt non viderim ea quæ ita cer[illegible] viderim.
Nicob. *Tuten' vidiſſe hos aſſeris?* Meſſ. *Aſſero.*
Nicob. *Quos?* Meſſ. *Filios.* Nicob. *Meos?*
Meſſ. *Tuos. neque enim mihi, reor, ſunt filij,*
Albas præter beſtiolas & totidem nigras.
Nicob. *Quis horum eſt?* Meſſ. *Horum nullus, & horum quilibet.*
Nicob. *Potiſne eſſe iſte ventricoſus, obeſulus?*
Meſſ. *Nam ſi in cauponâ benè bibit, quid ni pote?*
Nic. *Aggrediar hominē confidenter.* Meſſ. *Optimè.*
Nicob. *Pape adoleſcens, vt bellè atque anſerinè ambulas.*
Hic nempe gnatus eſt meus belliſſimus,
Quem mactabo omnibus cruciabilitatibus.
Pi. Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ,
Ἥμενοι ἑξείης· παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου καὶ κρειῶν. μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν·
Τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.
Nicob. *Meſſenio, Meſſenio! Iam Cerbero*
Me malim eſſe hoſpitem, quàm hæc ferre diutiùs.
Nimio hæc res eſt magna diuidiæ mihi,
Aetate in hac me ludum fieri pupulis.

Meſſ.

Meſſ. *Durum eſt. Sed vnum hoc ſcito: nimio crè-*
briùs
Venire quod moleſtum eſt, quàm id quod cupidè ex-
petis.
Nicob. *Tentabo etiam adhuc?* Meſſ. *Etiam adhuc:*
ſæpè aucupes
Falluntur, & tandem præda obuenit. Nic. *Igitur*
Per ſatyram nunc exquiramus ſuffragia:
Tun' meus es? erraui. Tu meus es, Hercule.
Iam etiam, iam etiam nunc conſpicilla cepero,
Hac conſulam iam conſpicilla oculeïſſima.
Tun' meus es? erraui. Tu meus es Hercule.
Occiſa res eſt, ſic ex compacto ea agitur,
Quaſi in foro res foret olitorio.
Tum neſcio Aedepol qualis forma hæc ſiet:
Vni naſus aquilinus, vulturinus alteri naſus eſt:
Dein cætera monſtris examuſſim dixeris
Similia, decollauit omne conſilium mihi.
Meſſ. *At hoſce vides?* Nicob. *Video.* Meſſ. *Facient*
rem omnem palàm;
Modò tu tragicè, modò non agas ſic comicè.
Nicob. *Video, video peſtem iuuentæ: Dî improbos*
Adaxint ad ſuſpendium veneficos,
Qui mentem eripiunt filijs, & rem patri.
Piſtoclere, hem, Piſtoclere, an baculos edis?
Piſt. *Durus cibus eſt, pernicies dentium mera.*
Nic. *Homo nullus eſt te ſceleſtior hodie,*
Neque cui ego de induſtriâ ampliùs malè
Hodie faxim perlubens, faxim, inquam, perlubens.
Piſt. *Quid me iubes facere, Apollo: hircum fœtidum*

Vt

Digitized by Google

Vt mactem tibi?placet. Nic.*Expedit iam ſeſe homo.*
Piſt.*Agedum, machæra, Apollinis iuſſo obſequi*
Te decet, agedum, hancce victimam cæde inferis;
Nigra eſt, hanc quærit ſibi Proſerpina.
Nicob.*Certè haud tutum eſt, certè pueri interdum ſenem*
Interimunt: parricidî hinc nata quæſtio eſt.
Metuo malè nimis ne numerum augeam, & nimis
Serò prætor quærat cùm mortuus ſiem.
Meſſ. *Aſt ego herum non patiar inultum ludibrio*
Haberi à fungis iſtis. Lyd. *Quid ais homo trium?*
Meſſ.*Dij te vellem perdant, homo marcide,*
Germana illuuies, ruſticus, hircus, hara, ſus,
Cànis, capra commiſta. Lyd. *O nequam os & maledicum!*
Indignis ſi maledicitur, maledictum id eſſe dico:
Verùm ſi dignis dicitur benedictu'ſt, meo quidem animo.
Lyd.*Hem! quam Cato hic philoſophus eſt, ſententias*
Loquitur iam noſter carnifex. Age, verbero,
*Pugnos ede.*Meſſ.*Nolo Hercule.* Lyd. *At ego volo.* Meſſ. *Quæſo Hercule,*
Tu iſtam cœnam largire eſurientibus. ego
Haud eſurio pugnos: vaciuus mihi licet
Stomachus octo propè dierum egit ferias.
Lyd. *Hoc quidem profectò certum eſt, non eſt arbitrarium.*
Meſſ.*Perij.* Lyd.*Parum etiam, præut futurum eſt, prædicas.*
Niſi te contuderim mollior vt lanâ ſies.

Ego

Ego iſtos execror pugnos quantumuis pugnaciſſimos.

Lyd.*Ego te religione exuo,nihil debes mihi,*

*Soluiſti.*Meſſ.*Nolo in ære eſſe alieno: cape.*

Lyd. *Nimis etiam prodigalis factus es Aedepol,*

Tutore opu'ſt. Lyd. *Quia vaniloquus es,nūc vapula.*

Meſſ.*Optati ciues, incolæ, accolæ.* Lyd.*Nunc vapula.*

Nicob. *Quin fugimus hinc Meſſenio?* Piſt.*Sic expedit,*

Niſi exoſſari malitis miſeris modis.

Nic. *Vbi tu nunc, qui exoſſas homines, homuncio:*

Mox tibi cutis nulla erit in natibus, ô homuncio,

Cùm reſciet iſthæc parens,ô homuncio:

Neque enim hæc tacebo, neque celabo, ô homuncio:

Sed patri iam tuo referam, ô homuncio:

Tunc tibi cutis nulla erit in natibus, ô homuncio.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

PISTOCLERVS tum ſociis.

Mneſ. *PVgnata hæc pugna eſt fortiter: fugit ſenex.*

Piſt.*Velim equidem non rediret auctus copiis:*

At mihi cor augurium facit, mox adfore.

Neque ſalus nobis iam ſaluti eſſe, ſi

Cupiat,poteſt: nec vſquam ſtabulum eſt confidentiæ.

Lyd.*Ignaue miles, ſiccine poſt victoriam*

Cor palpitat? Quid ſi modò victus igitur,

Quid

Digitized by Google

Quid foret animorum? Piſt. *Succidaneam*
Pro me cutem tuam ſi dederis, aureum
Dabo, quî liber fias. Lyd. *Dabo, ſi quid accidat*
Præter fortunam, quam peteſsis optimam.
Piſt. *O carnificinum cribrum, quod credo fore,*
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis. Lyd. *Sine, inquam, mox adero, mox proferam*
Bellaces machinas, queis mox ſenes
Proſternam ambos. Soſicl. *Aget aliquid, miſcebit omnia.*
Noui hominem. Piſt. *Cæterùm ſiluam vlmorum integram*
Feremus hodie ſinguli, quantam Atlas vix ferat.

SCENA II.

MESSENIO.
PISTOCLERVS cum ſuis.

Agite, agite, agite, pendere ſi quis expetat,
Reſtes hîc grates veneunt; teruncium
Non poſtulo. Heus Piſtoclere, hæc tibi gulam
Induat, hæc tibi, tibi hæc. Panaceam credite
Me à Ioue malorum omnium habere in promptu Hercule.
Piſt. *Pandoram te credo Hercule.* Lyd. *Ageſis.* Piſt. *Vt pendeam?*
Sat citò pendebo, mox vbi ſenex venerit:
Quid opus præuortier labore maxumo
Quod nullo mox labore vltro mihi dabitur?

Digitized by Google

Tu pendeas. Lyd. *Tu priùs, Hercule; herus es mihi.*
Piſt. *Non inuideo hancce prærogatiuam tibi.*
Lyd. *Mauis perire.* Piſt. *Certè non pereo ſi pendeo?*
Lyd. *Ita me ament quos amo, patellarij dij,*
Vt non peribis. Piſt. *Quid igitur.* Lyd. *Collū inſere,*
Scalas conſcende, cætera ex ſententiâ.
Piſt. *Sed mox in tuto cùm fueris med exime*
Periculo. Omnes. *Bellè, optimè, haud pote meliùs.*
Lyd. *Nunc obuiàm ſenibus ibo, leporibus canes*
Auribus eos capio timidè timidiſſimos.

SCENA III.

PHILOXENVS.
NICOBVLVS.
LYDVS.

Ain' ita eſſe, Lydum, filios tuos
Meumq; perdere, vnicè mihi vnicum?
Vbi eum nunc reperiam ſcelus hominis? Nic. *Viden'?*
Phil. *Heus, Lyde, Lyde.* Lyd. *Philoxenum audio*
herum meum.
Eſtne here quid imperes? Philox. *Vt pendeas.*
Lyd. *Placet.*
Nec reſtis ſumptui tibi futura'ſt, attuli:
Scio meruiſſe, nolo mihi vt parcas: rogo,
Frugi nunquam fui, nunquam ero, ſine pendeam.
Phil. *Nec opus Demoſthene eſt, Lyde, vt perſuadear:*
Pendebis: at mihi filium priùs exhibe.
Lyd. *Pendet, ni fallor, aut pendebit oppido,*
Longamq; extemplò de ſe faciet litteram.

Phil.

Philox. *Quianam?* Lydus. *Quia commeritu'ſt.*
Philox. *Fallis me furcifer.*

Lyd. *Libitinam iam nunc expedi: ne fœteat.*

Phil. *O Lyde, Lyde, Lyde, vis fieri modò*
Libertus meus? Lyd. *Haud vnquam merui iſtud.*
Phil. *Malè*
De te ſentis, manu te mitto, ſi velis.
Lyd. *Nolo manu mitti, niſi à carnifice.* Phil. *Quid*
Hoc prodigij? Lyd. *Volo, inquam, me mittat manu,*
Qui pendeam. Phil. *Quidum?* Lyd. *Merui, merui, Hercule,*
Vnà & tuus filius. Phil. *Obſecro?* Lyd. *Citò quid iubes?*
Volo pendere: moram compendi facito. Phil. *Duc*
Me vbi filius. Lyd. *Ducam. hac eundum eſt: num vides?*
Noſtin' hunc? hic tuus eſtne filius? Phil. *Pape!*
Charontis in cymbam alterum pedem intulit.
Nic. *Et Mneſilochum video hîc, & Soſiclem meum.*

SCENA IV.

PISTOCLERVS cum ſuis.
PHILOXENVS.
NICOBVLVS.
LYDVS.

Piſtocl. *Vale pater: eſtne quod Plutoni nunciare mihi imperas?*
Phil. *Vt saluus ſis, gnate.* Piſtocl. *Ero mox, vbi reſte hac obſtruxero gulam.*

Phil. *Ne ſic, mi fili, ne ſic, mi columbule, ne ita ſæuias.*

Nicob. *Et vos, mea mellila, eſtne quod ægri quidquam hodie vobis ſiet?*

Faciam mox omnia vt ſient de ſaccharo. Date baſium.

Soſic. *Iam nunc dabimus cruci baſia, quam ſponſam hodie deſpondimus.*

Nicob. *Ne ſic, mei paſſerculi, ne ſic, mei ô hædilluli.*

Mn. *Meritis hoſtire noſtris pro condignis nulla crux poteſt.*

Lyd. *Quin properas, ac ſuſpendis te? ad reſtem prurit ceruix mihi.*

Piſtoc. *Benè mones, propero. vale, my Lyde, videndus apud inferos.*

Phil. *Mane etiam nunc: quid properas? mnas decem dabo, ſi temet ſerues mihi*

Filium. Piſt. *Age etiam decem adde, etiam centum. malo pœnas dare*

Mei ſceleris. Lydus. *Vt dignum eſt te meq́, atque his omnibus.* Philox. *Dabo*

Etiam mille, etiam centena & millena millia iam dabo.

Nicob. *Addam totidem.* Piſtocl. *Fruſtra.* Lydus. *Pergin', iam cœna apud inferos calet:*

Propera ne frigeat: nam fabulando dum teris diem,

Iam venter inaniјs plenus mihi eſt, & araneis. Piſt. *Vale.*

Philox. *Mane: dabo omnia, dabo pluſquam omnia.* Piſt. *Moues me pater.* Lyd. *Hui,*

Digitized by Google

Vt gaudeo te necdum exuiſſe filium! Phil. *Ob ho verbulum*

Tibi pileum do, Lyde, & libertum facio iure optimo

Quiritium. Lyd. *Verum nouo liberto opus eſt quòd pappet.* Nicob. *Hem*

Talenta centum ſpondeo. Lyd. *Certè, quid obeſt maturiùs*

Deliberare tanto de negotio? Piſt. *Hercule qui ſemel*

Pendet, ſemper mox pendeat neceſſe eſt. age, delibero:

Mihi talenta modò viginti dentur præſentaria,

Et Lydo libertas. Phil. *Dantur.* Omnes. *Placet.*

Abeamus omnes è veſtigio iam domum,

Opipara quo paretur cœna. Senes. *Parata eſt planè regia.*

Phil. *Saluus ſum modò, qui modò perieram. Amo te, mi Lyde, mea ſalus.*

Nic. *Etiam centenas pro te plagas accipiam libens*

Pregnanter in tergo meo. Lyd. *Placet: quando voles, dabo.*

FINIS.

Digitized by Google

Phil. *Ne ſic, mi fili, ne ſic, mi columbule, ne ita ſæuias.*

Nicob. *Et vos, mea mellila, eſtne quod ægri quidquam hodie vobis ſiet?*

Faciam mox omnia vt ſient de ſaccharo. Date baſium.

Soſic. *Iam nunc dabimus cruci baſia, quam ſponſam hodie deſpondimus.*

Nicob. *Ne ſic, mei paſſerculi, ne ſic, mei ô hædilluli.*

Mn. *Meritis hoſtire noſtris pro condignis nulla crux poteſt.*

Lyd. *Quin properas, ac ſuſpendis te? ad reſtem prurit ceruix mihi.*

Piſtoc. *Benè mones, propero. vale, my Lyde, videndus apud inferos.*

Phil. *Mane etiam nunc: quid properas? mnas decem dabo, ſi temet ſerues mihi*

Filium. Piſt. *Age etiam decem adde, etiam centum. malo pœnas dare*

Mei ſceleris. Lydus. *Vt dignum eſt te meq́ꝫ, atque his omnibus.* Philox. *Dabo*

Etiam mille, etiam centena & millena millia iam dabo:

Nicob. *Addam totidem.* Piſtocl. *Fruſtra.* Lydus. *Pergin', iam cœna apud inferos calet:*

Propera ne frigeat: nam fabulando dum teris diem,

Iam venter inaniis plenus mihi eſt, & araneis. Piſt. *Vale.*

Philox. *Mane: dabo omnia, dabo pluſquam omnia.* Piſt. *Moues me pater.* Lyd. *Hui,*

Vt

Digitized by Google

Vt gaudeo te necdum exuiſſe filium! Phil. *Ob ho verbulum*
Tibi pileum do, Lyde, & libertum facio iure optimo
Quiritium. Lyd. *Verum nouo liberto opus eſt quòd pappet.* Nicob. *Hem*
Talenta centum ſpondeo. Lyd. *Certè, quid obeſt maturiùs*
Deliberare tanto de negotio? Piſt. *Hercule qui ſemel*
Pendet, ſemper mox pendeat neceſſe eſt. age, delibero:
Mihi talenta modò viginti dentur præſentaria,
Et Lydo libertas. Phil. *Dantur.* Omnes. *Placet.*
Abeamus omnes è veſtigio iam domum,
Opipara quo paretur cœna. Senes. *Parata eſt planè regia.*
Phil. *Saluus ſum modò, qui modò perieram. Amo te, mi Lyde, mea ſalus.*
Nic. *Etiam centenas pro te plagas accipiam libens*
Pragnanter in tergo meo. Lyd. *Placet: quando voles, dabo.*

FINIS.

Digitized by Google

Phil. *Ne ſic, mi fili, ne ſic, mi columbule, ne ita ſæuias.*

Nicob. *Et vos, mea mellila, eſtne quod ægri quidquam hodie vobis ſiet?*

Faciam mox omnia vt ſient de ſaccharo. Date baſium.

Soſic. *Iam nunc dabimus cruci baſia, quam ſponſam hodie deſpondimus.*

Nicob. *Ne ſic, mei paſſerculi, ne ſic, mei ô hædilluli.*

Mn. *Meritis hoſtire noſtris pro condignis nulla crux poteſt.*

Lyd. *Quin properas, ac ſuſpendis te? ad reſtem prurit ceruix mihi.*

Piſtoc. *Benè mones, propero. vale, my Lyde, videndus apud inferos.*

Phil. *Mane etiam nunc: quid properas? mnas decem dabo, ſi temet ſerues mihi*

Filium. Piſt. *Age etiam decem adde, etiam centum. malo pœnas dare*

Mei ſceleris. Lydus. *Vt dignum eſt te meq́ꝫ, atque his omnibus.* Philox. *Dabo*

Etiam mille, etiam centena & millena millia iam dabo.

Nicob. *Addam totidem.* Piſtocl. *Fruſtra.* Lydus. *Pergin', iam cœna apud inferos calet:*

Propera ne frigeat: nam fabulando dum teris diem,

Iam venter inanijs plenus mihi eſt, & araneis. Piſt. *Vale.*

Philox. *Mane: dabo omnia, dabo pluſquam omnia.* Piſt. *Moues me pater.* Lyd. *Hui,*

Digitized by Google

Vt gaudeo te necdum exuiſſe filium! Phil. *Ob ho verbulum*
Tibi pileum do, Lyde, & libertum facio iure optima
Quiritium. Lyd. *Verum nouo liberto opus eſt quòd pappet.* Nicob. *Hem*
Talenta centum ſpondeo. Lyd. *Certè, quid obeſt maturiùs*
Deliberare tanto de negotio? Piſt. *Hercule qui ſemel*
Pendet, ſemper mox pendeat neceſſe eſt. age, delibero:
Mihi talenta modò viginti dentur præſentaria,
Et Lydo libertas. Phil. *Dantur.* Omnes. *Placet.*
Abeamus omnes è veſtigio iam domum,
Opipara quo paretur cœna. Senes. *Parata eſt planè regia.*
Phil. *Saluus ſum modò, qui modò perieram. Amo te, mi Lyde, mea ſalus.*
Nic. *Etiam centenas pro te plagas accipiam libens*
Pregnanter in tergo meo. Lyd. *Placet: quando voles, dabo.*

FINIS.

Phil. *Ne ſic, mi fili, ne ſic, mi columbule, ne ita ſæuias.*

Nicob. *Et vos, mea mellila, eſtne quod ægri quidquam hodie vobis ſiet?*

Faciam mox omnia vt ſient de ſaccharo. Date baſium.

Soſic. *Iam nunc dabimus cruci baſia, quam ſponſam hodie deſpondimus.*

Nicob. *Ne ſic, mei paſſerculi, ne ſic, mei ô hædilluli.*

Mn. *Meritis hoſtire noſtris pro condignis nulla crux poteſt.*

Lyd. *Quin properas, ac ſuſpendis te? ad reſtem prurit ceruix mihi.*

Piſtoc. *Benè mones, propero. vale, my Lyde, videndus apud inferos.*

Phil. *Mane etiam nunc: quid properas? mnas decem dabo, ſi temet ſerues mihi*

Filium. Piſt. *Age etiam decem adde, etiam centum. malo pœnas dare*

Mei ſceleris. Lydus. *Vt dignum eſt te meq́ꝫ, atque his omnibus.* Philox. *Dabo*

Etiam mille, etiam centena & millena millia iam dabo:

Nicob. *Addam totidem.* Piſtocl. *Fruſtra.* Lydus. *Pergin', iam cœna apud inferos calet:*

Propera ne frigeat: nam fabulando dum teris diem,

Iam venter inanijs plenus mihi eſt, & araneis. Piſt. *Vale.*

Philox. *Mane: dabo omnia, dabo pluſquam omnia.* Piſt. *Moues me pater.* Lyd. *Hui,*

Digitized by Google

Vt gaudeo te necdum exuiſſe filium! Phil. *Ob ho verbulum*
Tibi pileum do, Lyde, & libertum facio iure optimo
Quiritium. Lyd. *Verum nouo liberto opus eſt quòd pappet.* Nicob. *Hem*
Talenta centum ſpondeo. Lyd. *Certè, quid obeſt maturiùs*
Deliberare tanto de negotio? Piſt. *Hercule qui ſemel*
Pendet, ſemper mox pendeat neceſſe eſt. age, delibero:
Mihi talenta modò viginti dentur præſentaria,
Et Lydo libertas. Phil. *Dantur.* Omnes. *Placet.*
Abeamus omnes è veſtigio iam domum,
Opipara quo paretur cœna. Senes. *Parata eſt planè regia.*
Phil. *Saluus ſum modò, qui modò perieram. Amo te, mi Lyde, mea ſalus.*
Nic. *Etiam centenas pro te plagas accipiam libens*
Pregnanter in tergo meo. Lyd. *Placet: quando voles, dabo.*

FINIS.

Digitized by Google

Tu pendeas. Lyd. *Tu priùs, Hercule; herus es mihi.*
Piſt. *Non inuideo hancce prærogatiuam tibi.*
Lyd. *Mauis perire.* Piſt. *Certè non pereo ſi pendeo?*
Lyd. *Ita me ament quos amo, patellarij dij,*
Vt non peribis. Piſt. *Quid igitur.* Lyd. *Collũ inſere,*
Scalas conſcende, cætera ex ſententiâ.
Piſt. *Sed mox in tuto cùm fueris med exime*
Periculo. Omnes. *Bellè, optimè, haud pote meliùs.*
Lyd. *Nunc obuiàm ſenibus ibo, leporibus canes*
Auribus eos capio timidè timidiſſimos.

SCENA III.

PHILOXENVS.
NICOBVLVS.
LYDVS.

Ain' ita eſſe, Lydum, filios tuos
Meumq; perdere, vnicè mihi vnicum?
Vbi eum nunc reperiam ſcelus hominis? Nic. *Viden'?*
Phil. *Heus, Lyde, Lyde.* Lyd. *Philoxenum audio*
herum meum.
Eſtne here quid imperes? Philox. *Vt pendeas.*
Lyd. *Placet.*
Nec reſtis ſumptui tibi futura'ſt, attuli:
Scio meruiſſe, nolo mihi vt parcas: rogo,
Frugi nunquam fui, nunquam ero, ſine pendeam.
Phil. *Nec opus Demoſthene eſt, Lyde, vt perſuadear:*
Pendebis: at mihi filium priùs exhibe.
Lyd. *Pendet, ni fallor, aut pendebit oppido,*
Longamq; extemplò de ſe faciet litteram.

Phil.

Digitized by Google

Philox. *Quianam?* Lydus. *Quia commeritu'ſt.*
Philox. *Fallis me furcifer.*

Lyd. *Libitinam iam nunc expedi: ne fœteat.*

Phil. *O Lyde, Lyde, Lyde, vis fieri modò*

Libertus meus? Lyd. *Haud vnquam merui iſtud.*
Phil. *Malè*

De te ſentis, manu te mitto, ſi velis.

Lyd. *Nolo manu mitti, niſi à carnifice.* Phil. *Quid*

Hoc prodigij? Lyd. *Volo, inquam, me mittat manu,*

Qui pendeam. Phil. *Quidum?* Lyd. *Merui, merui, Hercule,*

Vnà & tuus filius. Phil. *Obſecro?* Lyd. *Citò quid iubes?*

Volo pendere: moram compendi facito. Phil. *Duc*

Me vbi filius. Lyd. *Ducam. hac eundum eſt: num vides?*

Noſtin' hunc? hic tuus eſtne filius? Phil. *Pape!*

Charontis in cymbam alterum pedem intulit.

Nic. *Et Mneſilochum video hîc, & Soſiclem meum.*

SCENA IV.

PISTOCLERVS cum ſuis.
PHILOXENVS.
NICOBVLVS.
LYDVS.

Piſtocl. *Vale pater: eſtne quod Plutoni nunciare mihi imperas?*

Phil. *Vt ſaluus ſis, gnate.* Piſtocl. *Ero mox, vbi reſte hac obſtruxero gulam.*

Vt gaudeo te necdum exuiſſe filium! Phil. *Ob ho verbulum*
Tibi pileum do, Lyde, & libertum facio iure optima
Quiritium. Lyd. *Verum nouo liberto opus eſt quòd pappet.* Nicob. *Hem*
Talenta centum ſpondeo. Lyd. *Certè, quid obeſt maturiùs*
Deliberare tanto de negotio? Piſt. *Hercule qui ſemel*
Pendet, ſemper mox pendeat neceſſe eſt. age, delibero:
Mihi talenta modò viginti dentur præſentaria,
Et Lydo libertas. Phil. *Dantur.* Omnes. *Placet.*
Abeamus omnes è veſtigio iam domum,
Opipara quo paretur cœna. Senes. *Parata eſt planè regia.*
Phil. *Saluus ſum modò, qui modò perieram. Amo te, mi Lyde, mea ſalus.*
Nic. *Etiam centenas pro te plagas accipiam libens*
Prægnanter in tergo meo. Lyd. *Placet: quando voles, dabo.*

FINIS.

275

SVMMA PRIVILEGII.


ALBERTVS & ISABELLA CLARA EVGENIA, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimi Belgarum Principes, diplomate ſuo ſanxerunt, ne quis *Opuſcula poſtuma* R.P. *Nicolai Suſii Soc.* IESV præter Martini Nutij Typographi voluntatem in Belgio intra duodecennium imprimat, aut alibi impreſſa in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliáue exponat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum & aliis pœnis grauioribus mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ ann. 1619. 3. Octobris.

Signat

I. Cools.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

278

Digitized by Google

279

Digitized by Google

Digitized by Google

20 SET. 1969

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

Digitized by Google